



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



w. 929.

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



5411

G. J. Berne

ERATOSTHENICA

C O M P O S U I T

GODOFREDUS BERNHARDY.

BEROLINI, MDCCCXXII.
IMPENSIS GE. REIMERS.



АДИДАСЫ

T 1 + 2 + 4 870 1

Geographia et Geologia

ДОКУМЕНТЫ ПО ИСТОРИИ ПОЛИТИЧЕСКОЙ СИСТЕМЫ



Fragments, memoriā tum certam, tum latissimam
suis auctoribus conciliatura, eam praeferre convenit
naturam, ut colligantur, componantur, explanentur.
Qua ipsa triplici necessitate quantis editor implicetur
negotiis, non difficulter intelligi licet. Praestant enim
auctores, quorum opera utcunq; integra st̄eterunt, ar-
gumentum perspicuum, definitam quandam ratiocina-
tionum seriem et complexum, decursum orationis ina-
stitutae reliquis aptū, ambitumque accuratis circum-
scriptum limitibus: ordinem deniq; perpetuum, ad
quem etiam minutissimae quaeque sententiae exigantur.
At vero quorum virorum ingenii monumenta tempore-
rum sive iniuria sive potius curā posteritatem non at-
tigerint, in obscuro argumento atque in ruinis versan-
tur, neque luminibus aut verborum mente probabili
conclusorum, aut sententiārum omne propositum expre-
dientium, illustrantur. Ac primum collectione reli-
quiārum rem indigere apparet, quae ut clarissima viri
fere ignoti effigies animo concipiatur, ne sublestissimum
quidem dictum opinionemve praetermitat. Unde con-
ficitur, lectionem requiri universos antiquitatis libros
complexans. Est sane immensa ea eruditio non alia,
quam diligentiae pertinacissimae laus et progenies; sed
quotusquisque adeo et ab otio et ab aevi amplitudine
beatus reperitur, ut ad istud fastigium evēhi potuerit?
Inaudivimus adhuc de Triumviris Batavis, Hemsterhu-
sib; Valekenario, et quem dubitanter adiicio Ruhnke.

nio. Possit, neque immerito, ab indicibus auctorum (auctoris enim praecipue significandis, ut quorum loci etiam per accuratissima digesti adversaria quaerentem saepenumero lateant, index debebat addictus esse.) subsidiis aliquid expectari; verum isti nimia negligentia fere ubique constructi deprehenduntur. Proinde non facile quisquam innum alterum fragmentum hic quoque omissum mirabitur, cum praesertim ne Bentleium quidem, hoc in genere administrando prae ceteris insignem, Callimacheorum nihil effugerit. Accedit, ut eorum hominum, qui late patentem olim obtinuerint celebritatem, non pauca etiam apud eos quos minime expectares auctores, nomine sive neglecto, sive depravato, latitent, qualia vix critici exercitatissimi acumen penitus eruerit.

Deinde fragmentis compōnendis collatorem sese addicere decet. Quod si interpretis praestantia, qui argumenti quamvis expositi, planam tamen intelligentiam non ab omni parte admittentis, molestias ita sustulerit, ut ordinem et nominum et sententiarum usquequam perspicuum commonstret et exhibeat, eius igitur interpretis praestantia iustissimis effertur laudibus: multo etiam maiore in loco ille ponendus erit, qui argumentum neque ad omnium cognitionem obiectum, neque ansam copiamque sui faciens, in integrum restituerit, et, lacunis quantumvis impedientibus, explicationem et ambitum proposuerit. Ex hac studiorum parte, emnūm difficillima, plerosque fragmentorum editores minus censeri voluisse, non utique est quod miremus: mireris tamen, illum, quem sagacitate perpauci aequi-pararunt, Bentleium, prorsus ignorasse videri, etiam Callimachi reliquias concinnandas fuisse. Unde necessario accidit, ut quae dextre disposita adumbrationem certe ingenii et mentis, qua locos suos auctor pertractare consuesset, forent constituta, ea nonnisi curiosi-

tati minutiārum studiosae satisfacere queant. Inde etiam aliud aliquanto gravius malum p̄venit, quod libros illi affingebant nunquam evulgatos, magnā istos partem vel indoli scriptoris admotos p̄culi abiciendos. Velati ne in primis novissimos Italis negotiū administratores ambitione perstringam, eidem Calimacho Criticus Britanthus vigilanter ipsos commentarios (vel poemata) tribuit, qui sigillatim editi non fuerant. Quid quod riōstro Eratostheni, quem isti titulorūm scrutatores pesime habuerunt, Fellus Galerusque opera coniuncta cinciter quadraginta, alii etiam sexcentā volumina assignarunt? Quis non rideat, semel audītū, Vossium, Salinātū, Fabriciūn commentationēm in architecturā versatam, et magis etiam ridiculū, eundem Fabriciūn medica scripta Eratosthenis posuisse? Eqaidein cum persuasissimum haberem, istam molestissimam licet componēndi fragmenta operam summam huius quaestōnis complecti, in eam rite persēquendam omni incubui studio et ardore, legenda virū hac in arte sine comparatione principis, Valckenarij, vestigia ratus.

Ultimum obtinuit locum illustratio fragmentorum. Hic ne quis modulum normāmque, ad quam singula huius opellae conformavi, temere sibi carpēdām arripiat: Illustrationem omnino prastermissam fuisse, ultro confiteor. Duplex datur explicandi ratio, altera indocta et puerilis, qua cum primum casuscunque argumenti aērmo est injectus, lacos undecunque acceptos, rei sive accommodatos sive ineptos, ingerant et convehant; altera docta, liberalis, ingenua, quae cognitione et peritia universae antiquitatis capitum suffulta, quaecunque expedienda sibi sumpsit, eorum vim et sententiam, toto patefacto ambitu, originibusque ad istius scriptoris usque actatem accurate et perspecte repetitis, expendere nōrit atque investigare. Ad priorem igitur regulam multos, ad alteram ne septem quidem auctores post

tos saeculorum dextrum indagatos esse contendemus; illam sprevi, hanc ignoravi. Atque Eratosthenis, vixi et acumine et eruditione longe praestantissimi, quia tandem et Geographicæ, et reliqua mathematici argumenti, et opera litterata, pauca adhuc lustra emensus, ea quae tantum decet viam amplitudine et doctrinæ copia explicaverit? Satis habui viam, qua monumenta maximi illius ingredi exstructa et adornata fuerint, paucia ea breviloquacità quam ubique effingere volui demonstrare; idemque satis habui, allatis quae praescer-
tim ad Geographicæ diiudicanda pertinerent, tædio la-
boris, aperte quam dici potest molesti et temporis rara-
ciasimi, tandem aliquando emersisse; ut Eratosthenis
memoria sensim evanida atque obscurata clarius et
fructuosiorem emineret. Quod si quis neget omnino hanc
provinciam suscipi debuisse, eidem ipse assentiar, iu-
stam fragmentorum tractationem illina præcipue, qui
ingenuam attigerit interpretationem, domicilium esse
opinans. At quot eorum omnium qui hoc in littera-
rum genere principatus potiti censemur eum scripto-
rem Graecum vel Romanum, qui operæ referret pre-
mium, nedium fragmenta, redintegranda sibi proposue-
runt? Proinde alterius vices non adeo erant sperandæ.
Quibus expositis si de recentioribus quae usu ve-
nire potuerint adminicula verum pronunciavero iudi-
cim, talem non existimo commemorationem quem-
quam in gloriole cupidam affectationem versurum esse.
Quippe adeo infelices qui Eratostenem adverterant
rem suam gesserunt, ut tam vehementer absurdæ su-
per vetusto poeta vel litterato pedestria orationis auctore
prolata non meminerim. Primus pro more plura Era-
tothenæ enumeravit Io. Meursius ad Hesychium Milie-
sium (Opp. T. VII. p. 239.) et Nicomachum p. 166.
Non ita meliora dedit G. I. Vossius de historicis Grae-
cis. Insecutus est Io. Fellus, Geometra, a Graecijs tamen

termoxis peritia abhorrebat, qui praefatione ad Catasteris multa excogitavit scripta, ac nonnulla splendida-
rum epularum frusta apposuit: nescio qua mente co-
quus inattito, paucis enim fragmentis in hac quæstione
nihil effici patet. Quæ Fellus erat volumina commen-
tus, eandem viam ingressus auxit Galerna praefatione ad
alteram opusculorum mythologicorum editionem. Uter
que testes nonnisi nomine excitarat. Neque maiore po-
test illis praæconio Ionsius insigniri, qui de scriptoribus
hist. philos. II. 7. nihil quod alicuius foret momenti
edisseruit. Isti quāmodi copiis adhibitis non sane egr-
gia præstitit Fabricius (cuius editio Harlesiana semper
hic laudatur), significavit tamen sanas mentis indicia.
Qui proxime scholæ Alexandrinae historiam composuit,
ea qua decebat et gravitate et indicii severitate enarra-
tam utilitatem sane insignem præstituram Matterum
dico, sua quoque de Eratosthenè proposuit, ex verbis
scatentia quibuscumque (T. I. p. 130 sq. 134 — 37. II.
p. 36. 54. 87. alibi): perscringere in tanta aliquam col-
lucie nihil attinuit. De libellis geographicis, qui ad
Eratosthenem pertinuerint suo loco, quedam reperientur.

VITA ERATOSTHENIS.

Vitam tanti viri eadem qua plerosque antiquitatis
auctores cura docti olim grammatici amplectebantur.
Unus adhuc Suidas nonnulla etiam de scriptis præstat,
qui si reliqua per argumenta eundem a diligentia et ra-
tiocinatione sese exhibuiset, præ ceteris profecto di-
gnissimus foret, qui neglectus iaceret eorderetque: auto
debet.

Ερατοσθένης Ἀλεξανδρεὺς οἱ ἀπό της Αιγαίων πόλεως Κρήτης, μαθητὴς φιλοσόφου Αριστοτελος Χίου (leg. τοῦ Χίου), γεωμετρῶν δὲ Λασινίου τοῦ Κυρρηναίου καὶ

Επειδή τούς πάντας. μεταξέρρωθη δὲ οὐ Μόγινος
εἰς τοὺς ερίσου Πεντελίους, καὶ διέτεινε πόλεις τοῦ
πεμπτοῦ. διὸ δὲ τὸ δευτερεύεσθαι παντὶ εἶδε πεντελί-
κος ἄκροις ἐγγίνεται τὰ βῆματα ἀπεκλίθη. οἱ δὲ ταῖς
δεύτερας ἐν τοῖς Πλάτωνα. ἄλλος Πίνακας τιθέσθαι.
ἴσχει δὲ ρώτῳ Όλυμπιαδί, καὶ ἔτελον γενεστὴν πὲ τῶν γε-
γονῶν. αὐτοσχόμενος υφεσθῆς διὰ τὸ ἀρβίνεσσον, πα-
θητὴν διετημένην καταλειπὼν Αριστοφάνην θέλει
τινα, εἰς πάλιν Ηρίσταρχος μαθητῆς μαθηταῖς δὲ αὐ-
τοῦ [καὶ] Μηνάδας καὶ Μενανδρος καὶ Αριστος. Ἐγράψει
θε φιλοσοφοῦ ποιητὰ ποιητὰς, ἵνα ἴστορις, αὐτοκορυφα-
θῆ παντοπηγμοῦς, περὶ τῶν ποτὲ φιλοσοφῶν αἰρέσεων,
περὶ εἰλικρίας, διαλόγους, καὶ γεωμετρικῶν συγχρ. Επι-
δοσία p. 172. locum exscribens praeedit διαλόγους πλει-
στους καὶ Ἑλλα τινὰ propius ad Suidas morem, que
v. e. Pindero praeter ea quas unice reliquit ἄλλα πλει-
στου affingebat, accedens. Quibus, si minimus ponit
numerus, sex sunt vicia plusve minusve impedita.
Quod tamen primum Eratosthenes Athenia arcessitus di-
citur, ad itinera Geographicorum demonstrabitur, obi-
ter tantum illic eam esse versatum. Ita vero illa
quantum Eratosthenes nebis cognoscitur, illius habita-
tionis posuit opportunitas offerri, tum Aristonem et Ar-
cecaulum circa ἀδιάδοτην adolescēt anūlēt, tum quando
Græciam, fortasse Geographicis conscribendis, peragra-
vit. Sed in hoc itinero Alexandriam adscitum fuisse,
veri non omnimodo verisimilitudo est. Deinde διὰ τὸ
δευτερεύεσθαι παντὶ εἶδε πανδίλιος, τοῖς ἄκροις ἐγγί-
νεται, βῆμα perhibitetur dictus: ita enim Meursius
emendavit ad Hesychium Milesium, qui eandem occi-
nit cantilenam. Accedunt Marciānus Heracl. peripli
p. 63. Ἐρατοσθένης, ὃν βῆμα ἐδίλεσσε οἱ τοῦ Μον-
εσσίου πρεστήτες. Chrestomath. ex Strabone p. 6. vol.
II. geographorum Hudsoni: "Οὐς Ἐρατοσθένης οὔτε
τῶν εἰσιδέντες ἦν, οὐτε τῶν γονιῶν φιλοσοφούν-

ix

τον· διὸ καὶ θῆρα διαδέσθε, οὐ τὰ δευτερεῖα γέμει
δούλων τὴν μάντειαν. Chrestomathiae testimonium,
cum ista Strabonii excerpta inter se magnopere discordent,
aliunde varie interpolata, non maiorem, quam
Suidae sive Hesychii, habebit vim; Marciānus autem,
fraudis turpissimae convictus, cum praecepsim Eratostheni
adversarium, Artemidorum, compilaverit, non tam
locupletem esse testem exhibuerit. Potuerunt tandem
doctissimi filios sine haesitatione Eratosthenem βῆσας
erepare: querum si tanti est disputationes maxime de
hac uoce vide apud Reinecum Var. Lect. I. p. 51.
extr. sq. Vossium de hist. Gr. p. 109. Ionium de scriptis
hist. philos. II. 7. tandem Fabricium Bibl. Gr. IV. p.
118. Rectius invidiae hominum cognomen tribuerat
Seidelius praef. Geogr. p. XIII., quod et per se in du-
bitum vix cadit, in tanta permittitorum velis remisque
perfractata contentione, indicisque unius Strabonis de
Eratostheni non intellecto adhibitis; et si observaris,
Marciānum hanc in rem vetustissimum praestare au-
torem, certissimum videbitur. Pergit Suidas: εἰ δὲ
καὶ δεύτερος ἡ νέος Ηλώνεια. Platonis dogmata No-
strum sectatum esse nihil admonemur; neque si dialo-
gos ceterasve commentationes philosophicas scite Erato-
sthenes solleterque, carius indicia quaedam occurruerint,
persequebatur; alter ideo Plato petuit audire; quod au-
tem Fabricius ait IV. p. 118, propter singulariter que-
sus facit eisam in Platone mathematicarum disciplina-
rum cum reliqua philosophia coniunctionem titulo au-
ctum, speciosius quam verius dictum percipitur. Quapropter
vel eradii hominis sententia, honorifica lande
Eratosthenem condecorantis, vel Ηλώνειαν compon-
dum Suidam feluisse censendum est. Praeterea φίλος
από της φιλοσοφίας συγγενεῖς memorata non ex-
minum produnt acumen; τοσοὶς Eratosthenem emi-
siisse falso est, mendaciique in societatem venit etiam

Steph. v. Κυρηναὶ διστορογενεῖς ἡ καταστημένης, ac
παρά τοῦ κατὰ φιλοσοφῶν αἰρέσων quatenus errantia,
exhibeant, secuturis de Mercurio et Philosophicis No-
tri disputationibus demonstratum dedi; γραμματική^ν
οὐκέτι illinc unde pleraque Suidae emparit. Gramma-
tistica Eratosthenes tanquam singularem doctrinam ne-
que exposuerat, neque quo erat ingenio exponere po-
tuit; libros certe de antiqua comoedia neminem huc
protractum opinor. Eundem commisit errorem Cle-
mens Alex. Strom. I. p. 309. A. Αὐτολλέδωρος δὲ ὁ
Κεφαλος πρώτος τοῦ Κρατικοῦ εἰσχρήσατο τούτονα,
ταῦτα Γραμματικός προσκυροφεύει. Έγοι δὲ Ἐρατοσθένη
τοῦ Κυρηναϊκοῦ φασι, οὐδεὶς δέδοκεν οὕτως βίβλον
δινό, Γραμματικά ἐπιγράψας: σὺντα οpinionis origo
fortasse ex interpretatione temeraria significationis τοῦ
Κυρηναϊκοῦ derivari potest; Callimachus autem αὐτο-
μνήματα γραμματικά edidisse, id vero arbitrii nihil
ydat; ut quem etiam Apollodorus (v. Geographicorum
init.) Grammatici appellatione diserta perstringeret. In-
ter grammaticos recenset etiam Tatianus p. 107, quem
vel nominasse sufficit. Hesychium autem hac si Diū
placet Grammatica per Lexicon saepè usum fuisse,
quae Felli est sententia, id tandem proferri petuisse,
nemini non singularis esse imperitiae videbitur. Sed
Suidae mirare diligentiam, qui capitalia opera, Geogra-
phica et libros de antiqua comoedia, omiserit; Fabricius
quidem nescia quo iure ipsum Suidam hos commenta-
tiones afferre profundiarit Bibl. Gr. II. p. 441.

Quae igitur ad Suidam spectant vel illustrandum
vel supplendum, paucia utpote pauca subiungam. Cy-
cenis Aglae patre Eratosthenem natura multi perhibue-
runt. Lucianus Macrob. 27. Γραμματικὸν δὲ Ἐρα-
τοσθένης μὲν ὁ Αὐλεῖον Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον
γραμματικόν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν τῆς ἐνθράσσει, καὶ
φιλοσοφὸν, καὶ γεωμέτρην, Dionysius Cyzicenus epi-

grammate infra exhibendo. Proinde Steph. Byz. v. Κυρίνη: ἐπειδὴν τὸν Ἐρατοσθένης Ἀγαθίους ποιεῖ, ἀποστολός emendandus est. Actas eius satia perspicitur, tum ipsius fragmentis quibusdam (v. c. Geograph. fr. XV.), tum testimoniis, Eusebii Chronicis p. MDCCCIII, ad septimum annum Ptolemei Philopatoris, Ολυμπιακά, anno 3; Ἐρατοσθένης ἔγνωριζετο. Syncelli p. 262, B, ad tempora Philippi III: τότε Ἐρατοσθένης ἔγνωριζετο. Chronicis Paschalis p. 175, D, a. U. C. 531, Τιτ. Φλαμνίκου καὶ Φίλου, Ἐρατοσθένης ἔγνωριζετο. Pater hinc Eratosthenem natum deum grandem libros vulgavisse. Alio modo florentissima eius actas siquac illae locis, qui Arrianus cum Eratosthenes coniungunt. Proclus in Euclidis Element. II, p. 20 init, de Euclide: πεντερος μὲν ωντινέστι τῷ περὶ Πλάτωνα, πρεσβύτερος δὲ Ἐρατοσθένους καὶ Δοχυῆδοντος, οὗτος γὰρ σύγχρονος ἀλλήλαις, ὡςπερ καὶ φησιν Ἐρατοσθένης. Amicitiam inter utrumque intercessisse, communis geometriae amore partam firmatamque, significat epigramma a Lessingio editum Opp. T. XIV, p. 235, ita inscriptum: Πρόβλημα ἀπερὶ ἀρχιμήδης ἐν ἐπιχοάμμασιν εὑρὼν ταῖς ἐν Ἀλεξανδρίᾳ περὶ ταῦτα πραγματευομένοις ἐγένετο ἀπέστειλεν, ἐν τῇ πρὸς Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖον ἐπιστολῇ. Alias indicat aevum Suidas v. Φιλόχορος: κατὰ δὲ τοὺς χρόνους γέγονεν ὁ Φιλόχορος Ἐρατοσθένους, ὃς ἐπιβαλεῖ πρεσβύτη κέοντα Ἐρατοσθένει. Incerta est Siebelis, ad Philoch. p. 3, emendatio: νεανίαν Ἐρατοσθένην. Lysania dicitur magistro iussa fuisse, cuius memoria maxime dubia Homericorum Scholiorum notationibus (v. Wolf, proleg. p. 186.) et Athenaei XI, p. 504, B, innotuit. Callimachi disciplina si fruebatur, vix quidquam ille ad Eratosthenis ingenium valuit; nec mirum in diversitate morum utriusque perinsigni. Quam, qui perspexerit, intelliget, quanti sit faciendum Fabricii dictum III.

p. 823, in Callimachi *Metra* commentatum esse sine teste edocentis; quod etiam multis antestantibus ablegandum foret. Neque vero simultatem utrumque distinuisse arbitror, declarante Callimachi fragmento, quod de Apollonio pronunciavit (CC.): *καὶ μόνος αἰγάλεως ἔργος οὐδεμίουτα*. Qualis autem per mathematicas disciplinas dux Eratostheni affuerit, Lexicographus tradere non curavit. Iam et Strabo, de cuius loco ad philosophica scripta agetur, verum exposuit, consuetudinem Athenis cum Zenone contraxit; in suas tamen partes Arcesilus et Ariosto Chius pertraxerunt, quorum auctoritatem reverenter ac matuor quidem aetas eum censociit; sed de hoc argumento animam alibi disputatum est. Tandem a Ptolemaeo Euergeta advocate bibliothecae Alexandrinae praefuit, in eaque urbe diem unum obiit. Favore eam a Ptolemaio exceptum fuisse, et docet Strabo XVII. p. 838. *Χυρηγράτος δὲ τοις καὶ Καλλίμαχος, καὶ Ερασοσθένης, ἀμφότερος τετιμημένοι πέρι τοις τῶν Αἰγυπτίων βασιλεύειν, δὲ μὲν ποιητής ἦρα καὶ περὶ γραμματικῆν εὐπονθανώς, δὲ δὲ καὶ τοῦτο, καὶ περὶ φίλοσοφίαν, καὶ τὰ μαθήματα, εἰ τις ἀλλοι, διαφέρουν* et significat Syncelus p. 91. C. (Chronogr. fr. XXIII.) *ἄν την γνῶσιν* (reges Thebanos dicit), *φησίν, δὲ Ερασοσθένης λέβων Αἰγυπτιακῆς ὑπομνήμασιν καὶ σύμμασιν κατὰ πρόσταξιν βασιλακῆν τῆς Ελλάδει φωνῇ παρέφερασεν.* Sed quod ait G. I. Vossius de natura artium p. 114. b. opp. tom. III., Alexandriae eius suasu armillas ac regulas ad quotidie observandos motus coelestes institutas fuisse, fortasse teste alio fidem sibi inveniet. Octogenarium decessisse sit Suidas; Lucianus supra laudatus, *διὸ καὶ οὐδοίκουστα οὐτος ήγειρε τὴν* accurasier Censorinus c. 15. de anno octogesimo primo sermocinans: Eratosthenes quoque, ille orbis terrarum mentor, et Xenodotus Platonicus, veteris Academiæ princeps, ad eundem auctum viro-

runt. Huius ratio, quia certae cuidam ratiocinationis adaptatur, vera ponenda est. Quae de mortis genere Suidas protulit non improbanda, iis non adeo fayet, fidemque paenit abrogat Dionysii Cyziceni in Eratosthenem epigramma apud Brunck, *Analect.* II. p. 255.

Προηγύτερον γῆρας σε, καὶ οὐ κατὰ γοῦνος αμανθρώποις εἰσβεστι, εὐνυχίης δὲ υπτιονος ὀφελόμενον, ἄκρα μεριμνησας, Ερατόσθενες· οὐδὲ Κυρονη^η μοιά σ' ἐπ' αὔριων ἐντὸς ἔδεικτο ταφων· Αὐλαον^η νιέ· φίλος δὲ καὶ εἰν^η ξεινη^η πειάλυνται παρ^η τοδε. Ποντίος χρασπεδον^η αλγαλοῦ.

In custodia bibliothecae ei successisse Apollonium Rhodium Suidas tradit v. *Ἀπολλόνιος Ἀλεξανδρεὺς*, sive auctor vitae Apollonii. Ceterum discipulorum Eratosthenis clarissimus est Aristophanes*), non obscurus Minaseas; Menander autem et Aristis, cuius nomen etiam in corruptelae suspicionem incurrit, fere delitio-
runt.

Omnes, quotquot viros Cyrenæ insignes protulerunt, longe post se intervallo reliquit Eratosthenes, idem curiotorum, quos Ptolemaeorum favor litteturans que amör Alexandriae unico etenim congregavit cœluitque, ex his animi dottiis, quibus hominis doctri colligitur excellentia; census, longe maximus. Sive enim aceratissimum requiras doctrinarum complexum, sive eruditionem miratissima quaque adhibentem at suis in locis reponentem, ratione, iudicio subtilissimum,

* Ne in crimen temere vocaremur, Boeckhii verba inserenda visum sunt super praefat. Schol. Pindar. p. XII. monentibus Zenodoti Ephesii, Callimachi et Eratosthenis discipulus; Aristarchi magister, non de Chrysippō scipiacem, sed de Aristophane Byzantio, collectio singulis ex Suida voc. *Ἄρισταρχος*, *Ἄρισταρχος*, *Ερατόσθενης*; sed nescio quo causa huc relata sunt. Reponi debebant p. X. lin. 11. post vocem qui.

agacitate moderatam, sive humanitatem, quae in angustiis aut anguli natura concessi aut disquisitionum minime definita, veritatem unice investiget et ad iustum ac liberalem gentis humanae sese emergat aestimationem: artiorem harum virtutum consociationem praeter Aristotelem nemo ex antiquis auctoribus Eratosthenem perfectius instituisse deprehendatur. Contestantur, quae, post tantam disperditionem ac dissipationem, eius operum mathematicorum litteratorumque adhuc notitiam nimis tenuem fragmenta conservarunt; - contestantur immensae olim admirationis documenta, quae etiam adversarii cum multitudine sua, tum dictis adauerunt. Memorabilis est titulus a Suida proditus, *Πένταθλος*; nec minus conspicuum insigne, *Φιλόλογος*. Quod enim anticipibus Suetonii (de illustr. grammatico. 10. Philologi appellationem assumpsisse videtur (Ateius), quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomeni sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur.) verbis efficiebant, Eratosthenem sibi ipsum hoc cognomen assernisse; refellitur notione illius vocis vetustissima, diligentissime exposita a Io. Wowerano de Poly-mathia c. XV., quibus notationibus adiiciuntur Lobockio observata ad Phrynic. p. 393. Litteratum enim quem Romani vocarunt id vocabuli apud personatum demum Plutarchum de poetis audiendi significavit. Sed Clementis supra adducti testimonium, secundum nonnullos Eratostenem *Kouros* sive *Ieraportos* aua-diisse, fundamento nititur perquam incerto. Critici quidem cognomentum, acrem genuinorum spuriorumque indicem designans, potuit a libris de antiqua Co-moedia peti. Clarissime tamen comparatione inter Nostrum ceterosque Alexandrinos vel aequales exhibita Eratosthenis ingenium elucebit. In quod certamen non alii, quam Lycophro, Aratus, Callimachus, Nicander, admittentur. Sed Lycophrone qui tandem prae-

vioren et eruditio[n]is et poeticae abusum manifestavit? sanam ver[um] mentem et per Cassandra et libros de comicis frustra desideremus. Nudem a vitiis ne Lycophroni quidem potest Nicander comparari. Minus doctrine, plus iudicij ac facultatis poeticae consignatum dedit Eratosthenes tammine utroque; rectissime iudicavit Callimachus epig. 38, tenue ac dulce dicendi geniu[m], multis comparatum luxuriationibus, illi attribuens; reliquorum eius monumentorum nihil amplius extat. Quae omnes superavit Callimachus, cuius praeter alios morem optime indagavit Clemens alexandrinus: *Εὐ-
πόλιαν γαρ δὲ πολητής, καὶ Καλλιμάχου Ἰσίον, καὶ τὰ
Αἰτία, καὶ τὴν Αυκτόνορον Αλεξανδρόν, καὶ τὰ τοιεῖς
παρεπήγματα εἴτε στρατηγούντων γραμματικοῖς ξεκενταῖς αἰτιᾶται.* Eruditione fuit sane Callimachus onestissimus, idemque verborum et locutionum ad modulum avium, ut recte facilius in hunc *Sillographus*, Alexandrinum Musei audiebantis adiutor, quia cum frequenter apponere, non potuerint non centena eius fragmenta a Grammaticis excitari: at Eratosthenes perfracto eum in usum provocatur, unde copia reliquarum praeceptor[i] cedit. Sed si quid praeterea perlustratur, nihil nisi longae ac iu[n]iae descriptiones et excursus praesto sunt, lucernam ut qui insigne fedolentes. In explicanda quidem sententiatarum et amoenitate et gravitate magnopere eum Philetas superasse videtur, ex ceteris poematis nihil plumbat decerpit. Iam vero exigui haec momenti existimanda prae anili fabularum dudum ab hominibus doctis excussarum tenacitate. Laudamus iudicium de Euhemero, te[lo]a hebetiora profundenti, fragmento LXXXVI., ridemus argumentum initio, ne quid ridiculi desideraretur, hymni Iovis propositum; nec quidquam stolidius affiri potuisse iis arbitramur, quibus hymno Apollinis extremo vim illius Dei, quibus hymno in Delum Nymphaeum et arborum commercium vindicavit. Cetera

hic enumerare, quae si expenderentur, rimarum plena, ut ille ait, hac illac perpluerent, longum est.

In has Eratosthenis praestantia nihil tamen admirabilis est iactura omnium huius operum, quorum singularē acervo inutilium antiquitatis nugacum quisque facile redimeret. Geographica enim, a multis compilata, tandem Strabonis commentariis intellectu expeditioribus succubuerunt. Alia vel difficultate argumenti perierunt, vel epitomatoribus similibusve praedonibus cesserunt, quod intelligendū imprimitis de libris philosophicis, a Favorino praeassertim usurpatis, et opusculis de antiqua Comoedia (cf. fr. II.). Neque enim multitudine iis officit: duodecima libellis, non densa voluminibus actum de comicis fuisse veri simillimam praebet speciem. Iam cubi duplicandi methodo emissa, tres quatuorve philosophicæ ponuntur commentationes, vix decem eius colliguntur opera, qui octoginta annos attigerit. Referenda autem videbantur sive ad genus mathematicum, cuius primaria sunt Geographorum quoque volumina, sive ad litteratos libellos. In priore versantur parte:

- I. Geographica.
- II. Mercurius.
- III. Libri de mathematicis disciplinis.
- IV. Cubi duplicatio.
- sequente V. Appendice Philosophicorum.
- In altera VI. Commentarii de antiqua Comoedia.
- VII. De Chronographiis.

OPERA MATHEMATICA.

I. GEOGRAPHICA

Opere suo Geographico prae ceteris, ac, si libros Aristotelicos exceperis, sine exemplo tantum sibi nominis atque auctoritatis Eratosthenes conciliavit, ut per decem quando minimum ponamus numerum saecula de possessione a nemine deturbatus imperarit. Quamvis enim multi in singulis emendatione atque accurriora tradidissent, non pauci erroribus magni viri refellendis quam maxime strenuam operam dicassent: nullus tamen universam systematis conformatiōnē immutare fuit auctus, sed melioribus ut sibi videbantur vel repertis, tanto nihilominus praesidio contra temeritatis notam secessum communire satus existimabant. Unde factum est, ut inde ab ipso Hipparcho easdem sententias tenerent Dionysius Periegeta (annotantibus et Eustathio ad eundem init. καθά καὶ Ερατοσθένης διδάσκει, οὐ γηλωτῆς τοιν. ἐν πολλοῖς δὲ τὸ οἰκουμενικὸν τοινι τοιναγμάτων ποιησάμενος, et Salmasio Plin. Exercit. T. I. p. 491. b. A. II. p. 878. a. B.), Strabo, Pomponius Mela, Plinius, Solinus, Martianus Capella, (disertis verbis VIII. p. 274.) Sed quoniā utcunq; in Graiam notitiam hominum errabunda perveni, sufficere oportuit quidquid ab Eratostheni, Ptolemaeo, Hipparcho cē-

A

terisque vulgarium ne me ultra loquendi necessitas ingravaret.) Orosius, Aethicus, praeter alios tandem Anonymus Ravennas. Vide Gossellini (Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens) T. III. p. 186. Quin iisdem vetustior Apollodorus ita ex Eratosthene pependit, ut non raro illius nove excogitata, ita tamen ut expilatorem possis agnoscere, cum pulvisculo excusserit: de quo aliquoties Strabo admonet. I. p. 31. τοῦτο δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητὴν, ὡςπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἰρημένην Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γεῶν καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μὴ ὄντα. p. 43. οὐ δόγμαν κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ' ἐν μύθου μᾶλλον σχῆματι, καθάπερ καὶ τὸν παρ' Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, αὐτοφέρει Ἀπολλόδωρος, οὐδὲ διν τρόπον παρατίθησι τοῖς Ὁμήρου ταῦτα, εἰδὼς. τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου τὰ περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Αἴγυπτον παρατίθησι, ἀγνοιαν αἰτώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μηδέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἄλλα τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, καὶ ἄγνοιαν. Ἡσιόδου δὲ οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄρνοιαν Ἡμίκυννας λέγοντος καὶ Μαρδονισφάλους καὶ Πυγμαίους, et quae sequuntur de imperitia excusanda. Quae de Hesiode et similibus poetis afferit, sunt re vera Apollodori, qui quidem his contraria, et teste Strabone, et per se rationi Eratosthenis convenientia, eodem in libro prodere non dubitavit. Ita enim Strabo VII. p. 298. εἰ. "Α δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ γεῶν προσιμιαζόμενος εἰρηκεν, ἥπιστα λέγοιτο" ἄν. ἐπανει γὰρ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν (v. fr. V.), συνηγορῶν δὲ τούτοις, Ὁμηρόν φησι τὴν μὲν Αὐλίδα καλεῖν πετρήσουσαν, ὡςπερ καὶ ἔστι, περιλύκημον δὲ τὴν Ἐτεωνόν, πολυτρήσουτα δὲ τὴν Θίσβην, ποιήσατα δὲ τὸν Ἀλιστον· τὰ δὲ ἀπωθεῖν οὔτε αὐτὸν εἰδέναι, οὔτε τοὺς ἄλλους. ποταμῶν γοῦν περὶ τετταράκοντα διεύντων εἰς τὰν πόντον, μηδὲ τῶν δύδεξαστων μηδενὸς μεμνῆσθαι — εἴτε δὲ Σκυδρᾶν μὲν μηδε-

μηδεθαῖ, πάντας δὲ ἀγαρούς τινας Ἰαπωνίους καὶ Γαλαποφύγους Ἀβίους τε. — οὐ διαμιστὸν δὲ εἶναι περὶ Ὀμήρου καὶ γὰρ τοὺς ἐπινερέους ἐκτίνου πολλὰ σύνοστα καὶ τερατολογεῖν· Ήσίδον μὲν Ἡμίκηντα λέγοντα καὶ Μεγαλοπεφέλους καὶ Πυγμαίους· Ἀλιμήνα δὲ Στεγανόπαθος· Αἰσχύλον δὲ Κυμονεφάλους καὶ Στερνοφθάλους, καὶ Μενορρέπους, καὶ εὗλο μυρία. — — επειδίνει δὲ καὶ τοῖς πάρετο Σκελίαν τὴν πλέοντα λέγοντος καὶ Ὀμηρον τὴν Ὀδυσσίαν· εἰ γὰρ αὐτὸν χρηστὸς τὴν μὲν πλάνην ἔκει μεγονέας φάσκει, τὸν δὲ πνευτῆν ἐξακειμικέας μυθολογίας χάρει. καὶ τοῖς μὲν εὖλοις οὐφυγώμητι εἴναι, Καλλιμέχρῳ δὲ μὴ πάρι, μεταστοινένῳ γε γραμμισταῖς· τούτοις δὲ μετά τινα προσθετὰ ταῦτα, ταῦτα, καὶ τιλέστοις ρητονεμένοις περὰ τοῦ Ἐρατοσθένους. *Satis clarae hoc fragm. I. V. XII. inserviant. Idem I. p. 44.* Ἀπολλόδορος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμέχρῳ, οὐτηγορῶν τοῖς πάρετο Ἐρατοσθένην, διάτι, ποίησερ γραμμιστικὸς ᾧν, πάρετο Ὀμηροντὸν ἵπποδεσμον καὶ τὸν ἐξακειμιστὸν τοῦ πότου, πάρο δὲ τὴν πλάνην φράζει, Γαύδον καὶ Κόρμιον ὄνομάζει. *Caldimachi sententia non ad ἐθυμᾶς ὄνοματαίς, sed ἡμερησίατα referri debebat. Idem XII. p. 555.* σύνοστη γὰρ αὐτὸν (*Ὀρητον*) πολλὰ τοῦ αἰδούσην ἄρη παρὰ τὸν Πόντον, οἷον ποταμοὺς καὶ ἐθνη, ἔθνασκι γὰρ αἱ. Sed multo plures coenque acerrimos censores iam Apollodori aetas, deinde sequentia saecula protulerant, deinceps recensendos.

1. *Primus hic occurrit Polemo, idem sine controversia Herennijus dictus, cuius librorum adversus Eratosthenem*) perscriptorum ex immenso aliorum caninlo quos Athenaeus memoravit nonnisi quinque fragmentis notitia ad nos pervenit: plura enim neque ipse*

*) Ad illum Eratosthenem ait Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 119. pertinet: qua causa permutus, nihil attinet inquit inquit.

repperi, neque alii, ut Vossius de histor. Gr. p. 120. et Ancherus Diatriba p. 4. collegerunt. Quod quidem tradit ap. Schol. Aristoph. Vesp. 1186, (de antiqua comœd. fr. XXI.) si idem est, alibi de Ephudione monuisse videtur, subindicante fragm. ap. Schol. Eurip. Hipp. 230. coll. Schol. Vrat. Pind. introd. Ol. V. Jam primum de inscriptione dubitatio locum habet. Schol. enim Aristoph. Av. 11. μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀδηνῆσσος Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας. Hesychius: Βίηφες θύμειοις. βια. οἰς Πολέμων ἐν Ἐρατοσθένους Ἀποδημίᾳ: qui cum opus illud ex vulgari usu dicendi magis designaverit, quam rite attulerit, Ἐπιδημίᾳ legendum est*). Harpocratio, p. 19. (de antiqu. comœd. fr. XII.) ἡσαν δέ, οἴς φησι Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, τερράγων τὸ σχῆμα — . Schol. Sopha. Oed. C. 489. μετὰ γαρ ἡσυχίας τὰ ίερὰ. (τῶν Εὔμενίδων) δρῶσι, καὶ διὰ τούτο εἰ ἀπὸ Ἡεύχου θύμουαιν αὐταῖς, καθάπτερ Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην φησίν, οὕτω· Τὸ δὲ τῶν Εὐπατρίδων γένος οὐ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης. εἰτα ἔξης. Τῆς δὲ πομπῆς ταύτης Ἡεύχιδαι, δὴ γένος· εοτὶ παρὰ (L περὶ) τὰς οὐρανούς, καὶ τὴν ἡρεμονίαν ἔχει. καὶ προθνόνται πρὸ τῆς θυσίας κριεῖν Ἡεύχιοι ιερὸν ἥρη, τούτον οὕτω καλοῦντες διὰ γοῦν εὐφρίσιν, οὐ τὸ ιερόν· εἰτι τὸ Κιμώνιον, ἐπειδὴ τῶν ἔννεα πύλων. His omnibus pauca lucrare-mur, nisi Strabonis verba gravissima accederent I. ap. 16. "Ἐστι δέ οἱ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατατρόχαστος, οὐτε μηδὲ Ἀδηνας, αὐτὸν ἵδεν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπεγειρεῖ θεικύνειται. Primo igitur loco Polemonem re vera de Eratosthenes Athenia commoranti disceptasse

* Imperite Schweighaeuserus in Athen. IV. p. 138. E. lectio-nem vulgatum, ἐν τῷ παρὰ Εποφώτη κανάθρῳ, ex conjectura, ut sibi videbatur, vel potius explicacione Cassiobonik. ἐν τῷ πρὸ τῶν παραιδεόμενων ταπείθου, immo nesciit haud reveritus titulum, imputavit.

bunc colligatur, unde opportunitas de argumento ipsi perquam consueta, id est, de antiquitatibus Atticis, fasce disserendi efforuit. Hinc tamen locum unice ab illo retractatum fuisse, Hesychii testimonium modo allegatum omnino abnegat. Hesychiusque formam *βίγγος* ex Polemonis opere nihil ad grammaticen afferenti, nisi singulari quadam vi a poeta qualicunque illic commemorato instructa ficeret, excitare potuisse? Potuit nihil homines eius interpres concoquere, ut cui nihil de Polemoni suspicato glossa ex II. p. 367. desumpta inde que *δύναμεις βίγγος* scribendum videretur: quasi vero ad expositionem vocabuli pervagati tali cautore indiguisset. Innamo *βίγγος* ille exhibuerat nominativum significans, quo grammaticorum sententia confirmatur a Bueckmanno Grahm. Is p. 205. rejectauit. Dandum hoc viderat accidens ratissimus Sylbargius ad Etymologici M. pag. 800. Igitur necesse est statimque Polemonem de terminacionibus poeticis, ab ipso Eratosthenem (cf. fr. XVII) in opere Geographico tractatis, passim disputasse, ac proinde pluribus libris, *τόλμηνος Εραστήν*, quorum partem optime scula *περὶ τῆς Ἀρτηγῆς Εραστήνεος στοιχείων**) constituerent, Geographiae Eratosthenis esse obsecuisse. Quod si intrusit, quae nihil ad rem valerent, ut illa de artibus, pro more hominum eruditissimam, sapientiam suam temere et ubique oggerentum, factisse existimandus est. Reliqua autem contra Eratosthenem obserua an vetum attigerint, hoc in silente testium non significari quidem licet; si quis eram Strabonem hic memorat, manusquam ad Periegetam provocante, tanquam auctoritem exigui momenti, nondisi cum specie veritatis collegitur. Raitamen quaestio loci Strabonis denuo ex-

* M. Polemonis haec opuscula cum Janis Chii *Ἐπιδημίαι* consulti Bentleensis epistola ad Millium p. 507. Videndum, numero, quod ab Athenaeo II. p. 70. B. de cinara planta in Chorasmiorum regione reperta testis ad vocatur Σκύλας η. Holopis, efficit quippe, de sompluribus etiam geographiae capitibus hominem adversus Eratostenem disputasse.

pendendi admonet; unde si efficeris, tum Politionem, cum Eratosthenem Athenis commoratum negaret, per pauca de contrario iusadivisse; tum Eratostenem, ubi cui, nec levitatis nota a quoquam inadatur, et multa super argumento, quod adversarius testis istic idoneus, penitus pertractatura teneret, exprobata videantur, fugitivo tantum oculo Athenas perlustrasse: haec igitur si efficeris, nihil quod naturae rerum Eratosthenicarum sit alienum elicueris. Ac non obscure coimmuniunt ipsius Strabonis verba, satis, licet subiungat, τοις Ζεύσις — γνώριμος γνώμηνος Ἀθηναῖς, basitabundi, quae quomodo intellexerit, ea quae statim sequuntur demonstrant: εὐτὸν ἐμοὶ τερπόντων πατέρος, ἐφ' ὅσον συνεδέκαντο τίνες. Haec igitur sibi vult, Eratosthenem neque eum esse, qui sine pulvere de omni statu deinceps queat, si quis eum Athenas advenisse negarit; neque per omnia ei fidem esse habendam. Igitur eum his ipsis et quæ adduntur nixus Anchonus p. 4, 5. illum omnino diu ibi vitam degisse, ac invenem admodum in Zenonis et Aristonis esse disciplinam ait aliquantisper tradidisse, Suida non medicatus ita censuit, qui Alexandriam Athenis eum arcessitum temporavit. Jam si Poleno ea de quibus modo dictum abnegavit, fecit ille motus opinor Eratosthenis sermonem, asseverantis Graeciam se poragrasse.

2. Succedit Hipparchus, qui astronomiae impensa operam dicavit, eamque ad geographiam inprimis referre studuit, (v. Strab. I. p. 7. II. p. 31. sqq.) adeo tamen ab indicandi vi hebes ac destitutus, ut pluribea pars argumenta, tribus ex libris adversus Eratosthenis Geographica *) decumpta, Strabo contentione per eam

*) Suid. v. Ἰαπεῖον Σηράχαι — καὶ τοὺς ἀπλούστους. Miram locutionem filii αἰνεῖται intulit G. L. Vossius; de natura artionis p. 216. a. opp. t. III., conjectans εἰς απλούστους. Rescribendum fuerat εἰς τὰ Ἐπαρθένους, Επαρθένα sive suppletio, sive adiectio. Simile vitium Ἐπερθέντος apud Atheneum extabet.

mediveri posset refutare. Plinii quidem II, 112, Hipparchum et in coargendo adversario, et in reliqua operi diligentia miram, insignientis landatio et ambigua est, neque in auctoritate viri si accuratam sententiam requiras perexigua moram attulerit. Ne hic quidem Eratosthenis, quem infestissimus iure et iniuria adorietur, sistema omnino deiicere sustinuit. Nam quod Plinius loco modo allato adieciisse eum mensurae orbis terrarum ab Eratosthenae institutae stadiorum paulo minus XXV. millia prodidit, nihil contra efficitur. Gossellinum sane (*Géographie des Grecs analyzée* p. 52 sq.) vehementer eius verba vexaverunt, adeo ut ad emendationem prolaberetur, VII. millia CC. ex Marciani Heracleotae. p. 6. componendam, quo teste Eratosthenes maximum terrae ambitum 259, 200. stadiorum colegerit. Mireris, tam puerilem conjecturam in re manifestissima viro acuto excidiisse; nam Marcianum si sequare, non potuit illa 7200. Hipparchus addere. Sed verum perspexerat Mannertus (*Geogr. d. Gr. u. Röm. Norib. 1788. p. 102.*), ac verbis ut qui maxime disertis admouuit Strabo I. p. 62. Εἰ δὲ τηλεούτη, οὐλίην αὐτὸς εἴρηκεν, οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ νοτιοροι, οὐδὲ επαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν· δῆμως δὲ πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκοσίες ἐκάστας φαινομένων προσχεῖται τοῖς διαστήμασιν διείσθεις Ἰππαρχος. Iterum II. p. 113. Τούτοις δὲ συνῳδίᾳ πώς ἔσται καὶ τὰ υπό τοῦ Ἰππαρχου λεγόμενα· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, ὑποθέμενος τὸ μέγεθος τῆς γῆς ὃπερ εἶπεν Ἐρατοσθένης, ἐντεῦθεν δεινοὶ ποιειαθαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἀφαιρέσον, et quae sequuntur. Adde fr. XXXVII. XLIII. collatis quae ad fr. XLII. dicentur. Vellem quam aliud a Gossellino demonstratum fuisse, quod tabulam geographicam ab Hipparcho secundum proiectiones quas aiunt confectam tradit. Idem vero, quam immensos errores ille maxime in Asia constituenda

commiscerit, satis evicit (v. *Recherches sur la géogr. syst. et positive des Anciens* T. I. p. 55.). Quae igitur ex Hipparchi opere Strabo servavit, haec sunt. I. p. 6. sq. πάντη γοῦν ὁ αὐτὸς τρόπος τῷ τε μεταβολῶντι πάρερχει καὶ τῶν αὐξήσεων, ἢ οὐ πολὺ παραλλάτεων· ὡς ἀν υφ' ἐνὸς πελάγους τῆς κινήσεως ἀνθεμομέτης, καὶ αὐτὸς μᾶς αἰτιας. Ἰππαρχος δὲ οὐ πιθανός εστιν, ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτην, ὡς οὐδὲ δριοπαθοῦντος τοῦ ἀκεσανοῦ πανταχοῦ, οὐτε εἰ δοξεῖη τούτῳ, ἀκολούθουντος αὐτῷ τοῦ σύρροντος εἰναι πᾶν τὸ κύκλῳ πελάγος τὸ Ἀτλαντικὸν πρὸς τὸ μὴ δριοπαθεῖν μαρτυρεῖ χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βασιλισκῷ. Rectiora Strabo post Eratosthenem.

p. 7. Εὖ δὲ καὶ Ἰππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατόν οθένη διδάσκει, διτὶ παντὶ καὶ πλευτῇ καὶ τῷ φιλορίθμοντι τῆς γεωγραφικῆς ἴστορίας προσηκούσης ἀδύνατον λαβεῖν ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων καὶ τῆς τῶν ἐπικεπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως.

p. 27. adversus Homericam disputationem: Καὶ ἐν τῷ Καταλόγῳ τὰς μὲν πόλεις οὐν ἐφεῆς λέγει (*Ομηρος*)· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον· τὰ δὲ ἔννη ἐφεῆς δύοις δὲ καὶ περὶ τῶν ἄπωθεν. — Οπερο καὶ Ἰππαρχος ἐπισημαίνεται. Aliud de Homericis Eratosthenis dictum satis inficetum p. 16. memoratur.

p. 55. Οὐ δέ πατὰ Βυζαντιον. (πορθμος) οὐδὲ μετέβαλλεν, ἀλλὰ διετέλει τὸν ἔχοντας ἔχων μονον, τὸν ἐκ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα· ὡς δὲ Ἰππαρχος ἴστορεῖ, καὶ μονᾶς ποτε ἐποιεῖτο.

p. 56. Ἰππαρχος δὲ ἐκδεξάμενος τὸ συνάπτειν (fr. XXXIII.) ταῦτὸν τῷ σύρροντι γενέσθαι τὴν ἔμπειραν θάλατταν τῇ ἐρυθρᾷ διὰ τὴν πλήρωσιν, αἰτιάται, τι δῆποτε οὐχὶ τῇ πατὰ τὰς στήλας ἐκρύσσει μεδισταμένη ἐκεῖσε η καθ' ἡμᾶς θάλαττα συμμετιτεῖται τῇ σύρροντι αὐτῇ γενομένην, τὴν ἐρυθράν, ἀλλὰ ἐν τῇ αὐτῇ διέμεινεν ἐπιφάνειᾳ, μὴ ταπεινουμένη: καὶ

γέροντας· αὐτὸν Ἐρατοσθίνη τὴν ἐπούς θάλατταν ἀπει-
σαν σύρρεντες εἶναι, ἀλλεπιανὰ τὴν ἐπόρεων καὶ τὴν
ἐρυθραῖν μίαν θάλατταν εἶναι· Τοῦτο δὲ εἰπεῖν ἐπι-
φέρει τὸ ἀκόλουθον, τότε τὸ αὐτὸν ὑψός ἔχειν τὴν τε
θέα στεγῶν θαλαττῶν καὶ τὴν ἐρυθρὰν παῖς ἔει τὴν
ταύτην γεγονοῦνταν σύρρονν. Quae licet funditus pro-
fligaverit, turbas tamen dedisse Strabo putāndus est,
siquidem ista, quibus nihil cum disputatione da Casio
intertedit, immo ad Eratosthenis effatum pertinentia,
māre eandem non constitutere superficiem, alieno loco
proponebit. Statim aliam obiectionem subiungit:

Ψευδῆ δὲ εἰναι φήσας τῇ Μήτρᾳ τοῖς δαλφίσιν ἐπι-
γραφήν Κυρηναῖων Θεωρῶν (fr. XXXI.), αἵτιαν ἀπο-
δίδωσιν οὐ πιθανήν, ὅτι ημὲν τῆς Κυρήνης πτίσις ἐν
χρόνοις φέρεται μηγμονευομένεις, τὸ δὲ μαντεῖον οὐ-
δεὶς μέμνηται ἐπὶ θαλάττην ποτὲ ὑπάρξαι. Verissime
Strabo: Τί γάρ εἰ μηδεὶς μὲν ιστορεῖ, ἐκ δὲ τῶν τεκμη-
ρίων, ἐξ ὧν εἰκάζομεν, παράλιον ποτε τὸν τόπον γενέ-
θαι, οὐ τε θαλάττης ἀντέδησαν, καὶ ηὕτηγραφὴ ἐγέ-
νετο ἐπὶ Κυρηναϊῶν Θεωρῶν.

Pergit p. 55. sq. Συγχωρήσας δὲ τῷ μετεωροφορῷ
τοῦ ἐδάφους μετεωροσθεῖσαν καὶ τὴν θάλατταν ἐπε-
πλύσας τοὺς μέχρι τοῦ μαντείου τόπους, πλέον τῶν
τριεχιλίων σταδίων ὡπότε θαλάττης διέκοντας, οὐ συγ-
χωρεῖ τούτῳ μέχρι τοσούτου μετεωροσμόν, ἀλλεπιανὰ καὶ τοὺς
Φάρον ὄλγην καλυψθῆναι ταῦτα πολλὰ τῆς Αιγαίου
ἄπειρον οὐχ ἴκανον δύντος τοῦ τοσούτου ὕψους καὶ ταῦ-
τα ἀπικλύσαι. Φῆσας δὲ, εἴτερον ἀπελήρωτα ἐπὶ τοσοῦ-
τον η καθ' ἡμᾶς θάλαττα, πρὶν τὸ δικτύγμα τὸ κατά-
τὰς στήλας γενέσθαι, διφέροντας ὁ Ἐρατοσθίνης
χρήγναι καὶ τὴν Λιβύην πάσσαν καὶ τὰ πολλὰ τῆς Εύ-
ρωπης καὶ τῆς Ασίας μεκαλύφθαι πρότερον, τοίκοις
διπλερέσσι, διώτι καὶ δὲ πόντος τῷ Αδριανῷ σύρροντις ἀν-
τιηρέσσει ποτά τινας τόπους, ἀπειδὴ τοῦ Ιστρου ἀπό
τῶν κατὰ τὰς πόντους σχιζομένου, καὶ ρέοντας εἰς ὅπα-

τέραν τὴν θάλασσαν, διὰ τὴν θάσην τῆς γῆς. Ἐπειδή
firmitam argumentationem idem Strabo concordit.

p. 63. Τὸν δὲ διὰ τοῦ Βορυφέλους παράλληλον
τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ διὰ τῆς Βρετανίης εἰκόνων.
Ἴππαρχος τε καὶ ἄλλοι, ἐπ τοῦ τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ
τὸν διὰ Βιζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας ὅτι χρεῖ δύον
εἴρημε τοῦ ἐν Μασσαλίᾳ γνώμονος πρὸς τὴν στάν-
ταν αὐτὸν καὶ Ἰππαρχος πατέρα τὸν ἀμρύντον παιφί-
έρειστο τῷ Βιζαντίῳ φησί. ἐκ Μασσαλίας δὲ εἰρ-
ρέσθη τὴν Βρετανίην οὐ μέν εστι τὸν πεντακισχι-
λίνην σταδίων. Eam observationem non sibi, sed ac-
tati suae acceptām rettulit. Cf. II. p. 71.

II. p. 68. sq. Πρὸς δὲ τὴν ἀπόφασιν ταύτην
(fr. LVII.) ὁ Ἰππαρχος ἀντιλέγει διαβάλλων τὰς
πίστεις. οὔτε γάρ Πατρούλεα πιστὸν εἶναι, θνοῖν ἀπὸ^τ
τιμαιρινούντων αὐτῷ, Αἰγαίου τε καὶ Μεγαθένους,
οὐτοῦ οὐδὲ μὲν τόπους διεμνοίων εἶναι σταδίους τὰ
διάστημα φασι τὸ ἀπὸ τῆς πατά μεσημερούς. Φαλά-
της, καθ' οὓς δὲ καὶ τριεμυρίων. Τούτους καὶ δὴ
τοιαῦτα λέγειν, καὶ τοὺς ἀρχαίους πίνακας τούτους
δημολογεῖν. Απίδακον δήποτε νομίζει τὸ μέρος δεῖν
πεστεῖν Πατρούλει, παρέντας τοσοῦτον ἐπιμαρτυ-
ροῦντας αὐτῷ, καὶ διορθῶντας παρ' αὐτὸν τούτο τοὺς
ἀρχαίους πίνακας· ἀλλὰ μὴ ἐάν οὕτως, τοσοῦτα τὰ
στότερον περὶ αὐτῶν γνῶμεν. Etiam infelicissime
gessit, his adiunctis: "Ετι φησίν ὁ Ἰππαρχος ἐν τῷ
δευτέρῳ ὑπομνήματι αὐτὸν τὰς Ἐρματοθένη διαβά-
λλειν τὴν τοῦ Πατρούλεος πιστὸν, ἐκ τῆς πρὸς Μεγα-
θένη διαφωνίας περὶ τοῦ μήκους τῆς Ἰρδιᾶς τοῦ
κατὰ τὸ βόρειον πλευρόν (fr. CVIII.). Εἰ οὖν διὰ τὴν
διαφωνίαν ἐνταῦθα ἀπιστος ἐ Πατρούλης, καίτοι παρὰ
χειρίους σταδίους τῆς διαφορᾶς οὕτως, πόσῳ χρεῖ μᾶλλον
ἀπιστεῖν, ἐν οἷς παρὰ ὀπτακισχιλίους ἡ διαφορά ἔστι,
πρὸς δύο καὶ τούτα ἀνδρας συμφωνοῦντας ἀλλήλους,
τῶν μὲν λεγόντων τὸ τῆς Ἰρδιᾶς πλέον σταδίων

δισμυρίων, τοῦ δὲ μυρίων καὶ δισμυρίων; Incredibilem
nugarum congeriem manifestavit Geographus. Sed haec
ad illum cognoscendum satisfacent.

Alia ex Hipparcho idem protulit II. p. 72. 74. 75
sqq. 76. — 78. ubi insigne flagitium commemorat: Εἴη
δὲ οὐγγορῶν ἔτε τοις ἀρχαῖς πίνακις οὐ τὰ λεγότα
μενα, ὑπὸ τοῦ Ἑρατοθένους προφέρεται περὶ τῆς τρί-
της αφραγίδος, ἀλλ' εἰντῷ πεχαρεσμένῳ πλάνται τῷ
ἀπόφασιν πρὸς ἀντερόπην εὑφεζ. cf. p. 79. præterea
p. 81. — 83. quæ his Strabo separat: τούτα μὲν οὖν
δει λέν εἰς πατέτα. p. 86. — 74. διπλανισμένης, δὲ
δὲ πούτῳ, αἵτινα πομημήσται καὶ διατίς καὶ αὔτος
δίδωσιν αφορμάς καὶ ὁ Τιμοθένης ἀστ' αὐτὸς ἡμίτις
ταπαλείπεται συγεπικοπεῖν, ἀλλ' αρκεσθαι τοῖς ψεύ-
τοις Ἰππάρχου λεχθεῖσιν. At πειρατὴν Strabonis, viri
a mathematicis alienissimi, sententia mouebit. Adde
p. 136. præter locos supra laudatos.

3) Etiam *Polybium* opere geographicō sententijs
Eratosthenis refutandis vacasse, aliquot locis apud Stra-
bonem constat. Primus extat I. p. 29. προσπίπτει γέρε
ώς εἰσός, ως παθανατερον, ἀν. (l. s.) οὗτο τις ψεύ-
θετο, εἰ παταρίσσοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν, ὅπερ
καὶ Πολύβιος φησι περὶ τῆς Ὄδυσσεως πλάνης ἐπι-
γμῶν. p. 23. Καὶ Πολύβιος δὲ ἀρθαῖς ὑποκοεῖ τὰ
περὶ τῆς πλάνης: τὰν γαρ Λιόδον, τὸν προσημαίνοντα
τοὺς ἄντλους διὰ τοῖς πατά τὸν περιθμὸν τόποις, αὐτοῖς
φερόμενοι οὖν καὶ διεκάπτοις διὰ τὰς παλέψφοις, τα-
μίαις τε εἰρημέναι τῶν ἀνέμων καὶ βασιλέα καφορ-
ιδαι φησι, παθάπερ λαναδόν μὲν τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν "Δευρι"
παραδείκνυται, "Ατρέα δὲ τοῦ ψλίου τὸν ὑπεναντίον
τῷ οὐρανῷ δρόμῳ" μάντεις τε καὶ ιεροσκοπούμενος
ἀποδεικνυθεις βασιλέας τούς δὲ ιερέας τῶν Λιγυ-
πτιῶν καὶ Χαλδαίων καὶ μάγους, εορταί τινὶ διαφέρον-
τις τῶν ἄλλων, ἥγεμονίας καὶ τιμῆς τυρράννου παρὰ
τοῖς περὶ ἡμῶν. οὗτο τοῦ θεῶν ἐνα ἔκαστον

τῶν χρησίμων τινώς εὑρετήν γενόμενον τιμάσθαι.
Ταῦτα δὲ προσπορηματάμενος, οὐκ ἔξ τὸν Αἰδολούν
μήδον σχήματι ἀπούσθαι, οὐδὲ ὅλην τὴν Ὀδυσσέως
πλάνην, ἄλλα μέντοι μὲν προσμεμνθεύσθαι, καθάπερ
καὶ τῷ Ἰκινῷ πολέμῳ· τὸ δὲ ὄλον περὶ Σικελίαν καὶ
τῷ ποιητῇ πεποῆσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῖσιν,
ὅσοις τὰ περιχώραια λέγουσι· τὸ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ
Σικελίαν. Οὖν ἐπινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἐργ-
τοσθένους ἀπόφασιν — (fr. VII.). Vulgaris ista abu-
tinatio vix latum anguem ab Hipparcheis distat. Ex
īis quae pluram hunc in modum disputat maxime illa
ρητὸν notanda sunt: Τὸ δὲ πάντα πλάττειν οὐ πιθα-
νόν, οὐδὲ Ὁμηρον· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν φιλο-
σόφημα πάντας νομίζειν, οὐγὰς δὲ Ἐρατοσθένης φησι,
πολεύσων μηδὲν εἰπεῖν πρὸς τὴν διάποιαν τὰ ποιήσατο;
μήδειστορίαν δὲτοινῶν γῆτεῖν. Sequitur II. p. 104.
Πολύβιος δὲ τὴν Ἐνδούσην χωρογραφῶν, τοὺς γὰρ
ἀρχαίους ἔαν φησι, τοὺς δὲ ἐπεινούς ἐλέγχοντας ἔξ-
τάξειν, Δικαίωσχόν τε καὶ Ἐρατοσθένη τὸν τελευταῖον
φραγματευσάμενον περὶ τῆς γεωγραφίας. — τούς δὲ
Ἐρατοσθένη (φησι) διαπορῆματα, εἰ γενὴ πιστεύειν
τούτοις (τοῖς Πυθέον), δῆμος περὶ τῆς Βρετανικῆς
τελευτεύεινται καὶ τῶν ματὰ Γάδειρα καὶ τὴν Ἰβηρίαν·
πολὺ δὲ φησι βελτίον τῷ Μεσσηνιῷ πιστεύειν φησι-
τον. — Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Ἐσθιμερον Βαρρύστον
καλεῖν, Πυθέος δὲ πιστεύειν, καὶ ταῦτα δέ, μήτη Δι-
καιώσχον πιστεύειντος. Ridiculam demonstrationem
Strabo refutavit. Deinde p. 106. sqq. de Ibericis apud
Eratosthenem: v. fr. LXII. LXIII. Tandem VII.
p. 317. cum de Thesopompi circa Illyrica peccatis di-
xisset, τοιαῦτα δέ, inquit, καὶ τοῦ Ἐρατοσθένεας ἔγια
περανούσματά εστι· λαοδογραφίας, καθάπερ Πολύ-
βιος φησι καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων λέγουν
συγγραφέων.

C. 25. si quis diligenter cum Hygino II, 8. contulerit, non poterit, opinor, quin Catasterismorum partem maiorem hodie epitomen Hyginiani operis versari confitetur.

C. 26. prolixo de Ganymede proposita patris tangit Hygin. II, 29, alias non vulgares subdens explanationes.

C. 27. cum initio Hygini II, 28. satis convénit, exceptis quae sequuntur: — ut ait Eratosthenes, hat etiam de cassa eius inferiorem partem piscis esse formacionem, quod muricibus, id est, maritimis conchyliis, hostes sit facultatus pro lapidatum iactatione. At ita Catasterismis vulgatur: διὰ δὲ τὸν κόχλον ἐν τῇ Θαλάσσῃ παράσημον ἔχει ἰχθύος: quorum ista ἐν τῇ Θαλάσσῃ sensu carent. Verum si promptu erat ex Theone ad Arat. 282. (εὑρε δὲ οὗτος τὸν κόχλον ἐν τῇ Θαλάσσῃ διὸ παράσημον οὐρανὸν ἴχθυός ἔχει.) sua epitomatori vindicare: διὰ δὲ τὸν κόχλον εὑρεῖν ἐν τῇ Θαλάσσῃ,

παράσημος οὐχὶς ἔχει i.; Hygino enim congruere nequit. Deinde teste utitur Ἐπιμενίδη τῷ τὰ Κέρκυρα ἴστοροῦντι, quem cui debeat, incertum est; neque enim in Hygini f. 177. de hoc cogitari potest. Epimenidem ut videtur historicum affert Schol. Eurip. Phoen.

15. Alteram Hygini Historiam omnino praeteriit.

C. 28. et Hygin. II, 27. de eodem fabulam narrant, hic quidem sana ratione, ille irreptissima a nomine proprio sumpta derivatione. Ceterum verba εὐ δὲ τοὺς ἀνθρώποις ἐμελένει et seqq. non levem corruptelam subterfunt.

C. 29. tradit, quae Hygin. II, extremo cap. 16, eaque breviora, omissa etiam teste Catasterismis prolati, Heraclide Pontico de iustitia. Fusa superioribus Promethei fabulam illic non memoratam narrat.

C. 30. quas duas affert explicationes reperiuntur apud Hyginum II, 16. qui tertiam iis inseruit, illisque novam in fine subtexuit: quo suspicio de auctore Catasterismorum denuo confirmatur.

C. 31. fere eadem initio cap. 17. apud Hyginum ex parte auctiora: nam quae illic ita traduntur, καὶ οὐτε πρὸς Ησειδῶν, Hyginus accuratius: eique percutit, ut nuberet Neptuno, et ipse nuptias eorum administravit. Reliqua apud eundem Catasterismis docunt, quibus solis advocatnr testis Λορκεύδαιος εὐ ταῖς Ελεγείαις ταῖς περὶ ἔρωτος.

C. 32. Summam eortam quae hic traduntur præbet Hygin. II, 54, qui non longe ab initio historiam de Orionis origine propinat, dicit ex etymologia vehementer absurdā enatam, adeo tamen insignem et veteris notā eminentem, ut non debterit homini de ipsis hisce fabulis agenti praetermitti. Bleraque eadem omnino ratione qua Catasterismi docet Théo ad Arat. 322.

C. 33. fere eadem Hygin. II, 36, sed omissa et Icarii mentione, ut quem antea epitomator neglexisset,

et Istri auctoritate. Puerile, sed vetustissimum istud dictum, οὐκ ἔχων οὖν ὅ, τι ποιήσαι ὁ Ζεύς, Eratosthenem allaturum fuisse nemo sibi persuaserit.

C. 34. Fere omnia ab Hygino II, 33. tradita, hic desiderantur.

C. 35. Valde turbatum est Hygini II, 37, sed uterque eadem docet.

C. 36. eadem Hygin. II, 31.

C. 37. breviora Hygin. II, 32.

C. 38. aliquanto plenius idem II, 41.

C. 39. Νέκταρ inscriptum, quod ex Θυγῆρον corruptum. Brevius Hygin. II, 39. sed addens: eam autem Cyclops fecisse; quae cum pluribus aliis ex ipso Eratosthenem ad Arati Phaen. 402. a Theone excitantur, nostris Catasterismis ad epitomen redacta.

C. 40. eadem nonnullaque alia Hygin. II, 38. illa enim: ἐφ' ὅν Ἡρακλῆς δοκεῖ ἐλθεῖν δι' ἕρωτα, φέταὶ συνεῖναι ἐν τῷ ἀντρῷ, τιμῶν τὸν Πόντον, apertam produnt corruptelam. Unde autem Ἀγριοθένης ὁ Σωκράτης ἐν τῷ Ἡρακλεῖ provenerit, latet.

C. 41. initium habet Hygin. II, 40, quo demonstratur, post τούτους τὸν χρόνον διψᾶν sententiam excidisse redditentem Hyginiana: ut quantidiu sibi coquerentur, corvus bibere non possit, ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus. Reliquis inter eaque genuina Eratosthenis explicatione Catasterismi carent.

C. 42. brevius Hygin. II, 36.

C. 43. Hygin. II, 42. ita haec exposuit, ut de compilatione Catasterismorum inde instituta nemo possit sannus dubitare, cum praesertim Eratosthenis sententiae Graecis omissae a Polyhistore Romano afferantur.

C. 44. vulgata circuli lactei explicatio traditur, rariore omissa, ab Hygino II, 43. servata, quae ab Eratosthenes litteris fuit unice prodita. Koppiers. p. 130. pleniora olim hunc libellum extitisse inde collegit.

Hic.

His inter se collatis ac perpensis liquere opinor, non Hygintum Catasterismos expilasse, sed illi hos originem debere. Quod ut etiam magis perspicuerat fiat, de Higino quaedam disceptatio, ab isto argumento non aliena.

Hyginum virum eruditissimum ac multiplici doctrina censem Augusti aetate vixisse testimoniis veterum constat. Sub hinc igitur nomine extant duo opera, alterum Fabulae, posterius Poeticón Astronomicon inscriptum; quorum Fabulas ut hodie leguntur minime ex illius manu proditae et turbatus historiarum ordo, et prava, aliquoties barbaræ Latinitas coarguunt. Sic enim sese habent. Inscriptio si respicias, nihil nisi tragœdiarum argumenta expectaveris: eaque fere ubi que suppeditat prior operis para. Notavi iam ante Reinesium Var. Lectt. p. 372. Columna ad Ennium, post eumque non pauci, adversus quam sententiam aliam, minus tamen pensiculata, opinionem Lessingius proponuit Dramaturg. I. p. 313. Omnes enim de ea re dubitationem ipse eximit auctor. Inscripta est f. 4. Ino Euripidis, f. 8. Eadem (Antiopa) Euripidis, quam scribit Ennius; quam quae praecedunt, Paouianae Antiopae sistit argumentum: v. Valcken. Diatriba p. 60. coll. 68. Quod in clariore luce ponunt argumenta, cum titulis comparata, quae sine dubio ex dramatis collecta fuerunt. Veluti f. 46. Erechtheus. 64. Andromeda. 91. Alexander Paris (unde apparet, et fragmentum a Scrivenerio p. 161. inter incerta relatum ad Ennium Alexandria pertinere, et in fabula Ennii non de Troiano excidio, quod Columna vult, sed de Iudis actum, quibus Paris proximo Priami agnitus est). 101. Telephus. 105. Palamedes. 106. Hectoris lytra. 107. Arimorum iudicium. 108. Equus Troianus. 109. Iliona. 110. Polyxena. 111. Hecuba. 116. Nestorius. 121. Chryses. 137. Me-rope, et qua fabula posterior pars avulsa est, quae reperitur in f. 184; quod statuit interpretes, non Lessingium

I. l. p. 316. nec Musgravium ad Euripidis Cresphonem. Inscriptiones vero genuinas esse res ipsa declarat contra Schefferum ad f. 121. 151. 152. 249. qui opinionem praeiudicata abruptus passim ineptire non vereatur, ut ad f. 159, ubi refutavit Munckerus: neque enim talia libratorum aut grammaticorum ingenio debentur, a quibus si profecta forent, maiorem utique impletura erant numerum. Sequitur altera fabularum sectio, quae varia ex variis notatu non indigna collecta exponit. Huc pertinent fab. 76. 90. 97. 112. — 115. 124. 127. 128. 151. 156 — 163. 173. 182. 183. 221 — 257. 269 — 277. Hic quoque auctores sive laudantur, sive hic illic aliunde eruuntur. Veluti f. 154. Phaethon Hesiodi. 186. Melanippen Desmoptis filiam, sive Aeoli, ut alii poetae dicunt. 181. item alii auctores tradunt. 200. Cum Chiose, sive ut alii poetae dicunt: — 273. alii poetae dicunt Theseum: tandem f. 127. epitomea Telegoniae ab Eugammon, cyclico poeta, conscripta exhibet. Ista nonnullis suspicionem videntur inieciisse, quam hodieque sunt qui teneant, a Stavereno Miscell. Observ. X. p. 104. Munckerus vindicatum, cuius in notis non repperi, immo ab Nic. Heinsio propositam et a Munckero in dissertatione de aetate Hygini ad finem evulgatam: Hygini fabulas maximam partem ex Graecorum et Latinorum Scholiastis compilatas fuisse. At vetustissimum qui apud Romanos floruerant Tragorum quis tandem Scholiastas memoravit? aut Cyclopi Graecorum epicum a grammaticis illustratum? Neque huic sententiae Graecarum vocum explanationes congruunt, atque apud Hyginum obvise, intermittoque ab interpretibus in glossarium relatæ locum, ut a Munckero ad f. 126. init.; de quibus si cui quid essendum sit manifeste liquet; verumtamen perspicue f. 7. intelliget. Acedunt vocabula quaedam a vulgari sequente abhorrentia, ita ut ex Scholiastis itamen non provene-

nint. Verbi causa Alcumena f. 224, 240. Achivi f. 96.
 101 — 103. 108. 114. alibi. Asclepius f. 161. 202, 224.
 251. 274. mantis f. 190. Aepolorum P. A. II, 1. 4.
 Sed quae his longe superior est, ipsius auctoritas Hygini
 eam opinionem refutat. Ita enim ille P. A. II, 12. de quo
 in primo libro Genealogiarum scripsimus;
 quae in Fabulis non comparent. Iterum II, 54. Sed quae
 post mortem eius (Orionis) Diana fecerit, in
 eius historiis dicemus. Demonstrant haec sine con-
 troversia, ab Hygino amplum et copiosum librum, multa
 opuscula complexum, memoriae traditum, posteaque im-
 mensem quantum turbatum fuisse. Alterum autem
 Poeticon Astronomicon opus multo minus ex Scholia-
 strarum rivulis derivabatur, sed praesertim ex Eratosthe-
 nis Mercurio, tum ex aliis poetis historicisve. Mai-
 rem certe illius partem Eratostheni deberi, ipso titulo
 apte mihi colligere videor; cum enim Hyginus ex Ara-
 teis non multa decerpserit, plura ex pedestris orationis
 scriptoribus, poetae autem hoc in astronomico genere
 versati, qui quidem nomen sibi compararint, pauci ex-
 titerint, restat, ut Eratostheni quem saepius allegat
 longe plurima operis asseramus: quo etiam magis sen-
 tentia de loco quem Nostri carmen tractaret supra pro-
 posita corroboratur. Quae cum ita sint, quaeritur, quid
 de Fabulis, quales hodie circumferuntur, statuendum
 videatur. In qua re mirari licet editorum Hygini
 industrias. Novissimus enim interpres, Staverenus,
 qui Hyginum acervo indoctorum, inutilium, non raro
 ineptarum notationum cimulavit, nihil omnino, ut qui
 parata copia uti, non calleret, protulit; Schefferus au-
 tem et Munckerus qui praeclaram scriptori suo navavit
 operam longis dissertationibus de aetate Hygini nihil
 effecerunt. Tanto enimvero non opus erat molimine.
 Fundamenta Fabularum quae dicuntur Hyginum Augu-
 sti, aequalem iecisse manifestum est, paullatim vehe-

mentissime permixtas et interpolatas fuisse vel indi-
gens earum usus admonet: reperuntur quippe etiam
gravissima peccata et non mediocres discrepantiae, quae
ab erudito historiarum conditore admissa esse nemo
sibi persuaserit. Ut fab. 125. Aeolus Hippotae filius cum
Hellenis nato confunditur; f. 67. Menoeceum Jocastae
patrem pro Creontis filio cognomine adhibet, quod
Munckerus frustra defendit allata fab. 242, ubi idem vi-
tium occurrit; f. 240. Clytaemnestram Thestii filiani,
Leda f. 77. et 78. dici reperimus. cf. f. 177. et P. A.
III. i. Quae omnia succedente decimū tempore per-
fecta fuisse patet: proinde quaestio de Hyginī libri
aetate supervacanā est. Immo aliud indagandū erat,
unde tanta dissipatio et corruptela eum invadisset. Hic
igitur commode evenit, ut notitia Dosithei, qui Genea-
logiam Hygini Graecam in epitomen contraxit, ad nos
pervenerit, primum a Stavereno Miscell. Observ. IX.
3. p. 413. sqq. proposita, mox diligentius explicita a
Valckenario iisdem Observ. X. i. p. 108. sqq. (sive
Opusc. I. p. 237. sqq.) Jam Grammaticus de opere suo
ita disserit: — *Ὑγίνου Γενεαλογίαν πάσιν γνωστήν
μετέγραψα, ἐν ᾧ ἔσονται πλεόνες ιστορίαι διοργανω-
μέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ;* igitur Genealogiae complures
sese historias convertisse. Hisce duo lucratur
observata, haud sane nihil pendenda. Primum libros
Hygini genealogicos, quod deinde perniciem'is intulit, ab
omnibus adeo fuisse tritos, ut Graecus iste magistellus
donaverit sermone vernaculo, quod non exeritationis
causa, sed in ipsiū puerorum ūsum factum apparuit.
Recte Valckenarius p. 111. (246.) omnia Graece et
Latine a magistro conscripta pueris erudiendi
inserviisse ex variis indiciis certo constat. Graecie Hyginus scripsi, an vero Grammaticus
Hygini verba Latina in Graecam illigunt versu descripte-
rit, quae Stavereni dubitatio est p. 414, illi relinquatur.

Jam elucidere opinor, quale Hyginianum opus antiquitus extiterit. Quippe dicatum erat studiis puerilibus, quae in legendis poetarum et Graecorum et Latinorum monumentis versarentur, omniaque fabulis illic tractatis ad inovenda suppeditabat: quae tum ad Fabulae, tum ad Astronomica spectare putabis. Hanc vel similem sententiam innuisse videtur idem Valckenarius Diatriba p. 138, Hygini fab. 174, olim Attii dramati Latino pro argumento praefixam fuisse suspicatus. Illis supra commemoratis si insignem praeterea locum addidero, nullum opinor dubium residet. Ait enim Planciades Fulgentius, *sequioris aetatis auctor, Mytholog. I, 26.* Perseum ferunt Medusae Gorgonis interfactorem. Gorgonas vocare luere dici tres, quarum prima Stheno, secunda Euryale, tertia Medusa: quarum quia fabulam Lucanus et Livius scripserunt poetae, grammaticorum scholari- bus rudimentis admodum celeberrimi [Horat. Epp. II, 1, 69 sq. 2, 4.], hanc fabulam referre superfluum duximus. Alterum hinc eruendum pertinet ad scriptorem Catasterismorum, qui eadem, qua Dositheus ac sine dubio alii, ratione ex Poeticon Astronomicon libris, quae sibi conducibilia deprehenderet, maxime Eratosthenis sententias captans, nonnullis praeterea subsidijs usus, Graecis transtulit verbis. Audias modo N. Heinsium apud Munckerum extrema dissertatione de Hygini aetate: In perpetuatis Puteanae bibliothecae membranis cum Arato Germanici Scholiasten invenissem Latinum, ab edito satis diversum, iamque describendum hunc mihi proposissem, deprehendi paullo post esse Graecum Arati Scholiasten Latinitate donatum. Quod si clarius aliquanto atque ad nostram magis faciens disputationem quaeras exemplum, extat adhuc plane gemellum, Graecam dico versionem ab Ioh. Lydo de Nigidii Figuli, Hygino fere aequalis, Tonitruali confectam. Ceterum an Scholiasta qui dicitur Germanici, qui accuratis-

sime eadem enarrat, *Catasterismos* exscriperit, versante
vice hi illinc derivati sint, nec quidquam iuvat decer-
nere, neque expeditum fuerit. Sed haec hactenus.

I. Initio carminis Aratea adumbrans haec, si quidem
composuit, Eratosthenes collocasse videtur. *ΕΡΙΤΟΜΗ*
ΑΘΗΝΑΙ I. p. 2. B.

Τοις δ' ἀπομαζαμένοις θεοὶ διδόσσιν ἄμεινον·
αἱς ποὺ φησιν δὲ *Κυρηναῖος ποιητής*. Contra Bentleium
Schweighaeuserna Callimacho abiudicat, ut quem Atheneus nusquam Cyrenaei poetae significatione declararit.
Ut in re dubia fragmentum omittere nolui. Geterum
memorabilis est locutio διδόσσιν ἄμεινον, ut alibi τὸ
δίδωμι. Quae ipsa observatio ad alteram eandemque
lubricam deducit quaestionem, quoniam sensu istud ἀπο-
μαζαμένοις dici potuerit. Athenaeo sane convenienter
eius interpres, hic quidem Casaubono perspicacior, effin-
gendi repetendive sensu adhibitum pronunciat: qualis
significatio quantopere Eratosthenis et ingenio, et poemati
adversetur, vel sine prolixa intelligitur demonstratione.
Quod si utriusque auctori satisfaciendum est, interpretatio
a Callimachi fragm. CXXI. (Valcken. Eleg. p. 276.)

Ἐτ δέ ἦγε νῦν ἐλέγοισιν ἐνεψήσασθε λατώσας
χεῖρας, ἵν' εὐφῆμοι πουλὺ μένωσιν ἔτος·
adsciscenda videtur. Gratias ibi Callimacho invocatas,
cuius Elegis manus fragrantes abstigerent, variis colla-
tis auctoribus ostensem dedit Hemsterhusius. Eundem
sibi quoque usum Deas praestituras arbitror Eratosthenem
allocutum illa cum pluribus incitamentis protulisse, unde
haec fere sententia existit: qui enim tēr poetarum mo-
numentis manus admoverint, iis potiore cum iure et
copia gloriam vates conciliabunt. *Θεοῖς* ut rescribi queat,

Ita existimare utique licet, sequenti versiculo Deorum fuisse mentionem propositam; θεοί quidem etiam simpliciter de Charitibus inferri potuisse, secus ac Lobeckio olim visum fuit, evicerit vel Eumenidum Aeschyli exordium rite explicatum. Proinde Athemaeus cum Eratosthenis uteretur, ad commendationem, non repetitionem operis sui sermonum spectaverat.

II. SCHOL. MIN. IL. ē. 422. Επει τοι καὶ Ἀλα-
κομενῆς Αθήνη πάρα τοῖς εὐ λογιζομένοις ἀπὸ τῆς
ἐπέργειας, οἱ απαλάλκουσα τῷ ίδιῳ μέρει τοὺς ἐναν-
τίους. Οὐ γὰρ πειθόμεθα τοῖς νεωτέροις, οἵ φα-
σιν ἀπὸ Ἀλακομενοῦ τυρος εἰρῆσθαι. Οὐδὲ ὡς Ερα-
τοσθένης παρήκουσεν Όμηρον, εἰπόντος, Εφιστας ἀκά-
ητα· ὃ ἀπὸ Ακακήτου ὄρους· ἀλλὰ ὃ μηδενὸς πακού
πλεταδοτικός. Lege ex Etymol. M. p. 547, 2., ubi haec
omnia prostant, ὅτι ἀπὸ Ακακήτου ὄρους. Zoneras c. 108.
Ἀκακήτου, ὄνομα ὄρους. Emendandus istud Schol-
lasta Venet. II. p. 181. οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐν Αρκαδίᾳ ἀντρού
Ἀκακήτου προσαγόρευται καθ' Όμηρον ο Θεμῆς Ακα-
κήτος (l. ἀκάκητα, non cum Blomfield, ad Callim. M.
Dianae 143. ἀκάκητης.), ἀλλὰ διὰ τὸ πακοῦ μηδενὸς
παραιτιος γενέσθαι. Apertum vero, huc non de repre-
hensione, in quam Homerus incurrevit, sed explicatione
Eratosthenis in medium afferri: ut enim Ἀλακομενῆς
non, quae hostes arcet, sed Alakomeneta expositum
fuerat, ita Homericum ille Εφιστας διάλυτα non de
Mercurio omnium bonorum auctore (id enim analogiae
repugnaret, ipsa forma cum superiore originem ab ali-
quo indicante, quidquid contra molitur Etymol. M. p.
44, 13.), sed iure meritissimo ab Acacesio monte oriundum
interpretabatur. Ac Pausanias VIII, 3. huic sen-
tentiae recte sese adiunxit: καὶ Ακακός τε καὶ Θνώκός *)
Ορατις πόλις, ὃ δὲ Ακακήτου ἔτισεν. Απὸ τούτου
*) Legerum: — Ὁρησίστη μην. Οι. π., de qua locutione Koenits
ad Gregor. p. 83.

δὲ τοῦ Ἀκανθίου (i.e. Ἀκανθίου) καὶ Ὁμηρος λόγῳ τῶν Αρκάδων δὲ Ερμῆν ἐποίησεν ἐπίκλησιν. Ut scilicet Mercurius et Meridius idem valent. Idem ibidem c. 36 extr. magis etiam perspicuam reddit sententiam, Ἐρμοῦ Ἀκανθίου ἄγαλμα usque ad sua perdurasse tempora commemorans. Apollodorus quoque sententiam sine dubio Eratosthenis recepit fragm. p. 421. Nihil hic de Homericā geographiae inscitia, quae Casauboni fuit sententia ad Strab. VII. p. 299, pronuntiari poterat, sed in Mercurio poeta illis Deum insigniverat. Mirabilium errorum congeriem reperire licet apud Anchorenum Diatriba. p. 20.

III. SCHOL. IL. ḥ. 24. Ζεὺς ἔρασθεις Μαιας τῆς Ἀτλαντίδος, λαθὼν Ἡραν ἐμίγη, η δὲ ἔγκυος γενομένη ἐν Κυλλήνῃ τῆς Αρκαδίας Ερμῆν ἐγέννησεν, ὅστις ἐπιθυμίαν ἔσχε τοῦ οὐλέπτειν, ὅπει καὶ Ζεὺς οὐλέψας τὴν Ἡραν ἐμίγη Μαια. καὶ δήποτε τῆς μητρὸς μετὰ τῶν ἀδελφῶν φύτης λονομένης, λαθὼν υφείλετο τὰς ἐσθῆτας. γυμναὶ δὲ ἐκεῖναι ἡπόρουν τὶ πράξωσι (Venet. δημιουράσινται). γέλωται δὲ διὰ τοῦτο Ερμῆς πυγῆς (V. ποιησας, quod vulgarius.), ἀπέδωκεν αὐταῖς τὰς ἐσθῆτας. ἔκλεψε δὲ καὶ τὰς Ἀπόλλωνος βοῦς. η ιστορία παρὰ Εραστένει. Argumentum illud, quia etiam Iuppiter Iunonem latens cum Maiā rem habuerit, Mercurium esse furatum, sine dubio Eratosthenis est: similia præbet Callimachus b. Dian. 23 — 24. Ceterum haec supplerenda sunt ex Achille Tatio p. 146 (fr. LIII.), qui non solum Herculem, sed etiam Mercurium duce Eratosthenae Iunonis lac euxisse refert. Sententia enim Achillei sine controversia non haec est, Iunoni raptimi Mercurium a se remorventi lacteum circulum acceptam traxisse originem, sed potius deum èodem quo Hercules modo uberibus deae admotum fuisse. Unde Hyginus (fr. LII.) erroris redarguitur; neque enim causam orbis lactei utrique, sive èodem sive diversis locis, auctor

attribuere posuit. Haec fusa alias latuerant, tam Hey-
nium in Epistola Catasterismis praefixa versus finem.

IV. SCHOL. ARBOLLONI RH. III, 892. Φωριαμόν, οὐν
τὴν κοστίδα λέγει. Σαφὲς δὲ τοῦ ἐνθεμένης γει-
νασιν. Εἰκυμολογεῖ δὲ τὴν φωριαμόν. Ερατοσθένης ἐν
τῷ Ἑρμῆ.

Φωριαμόν δὲ ὄνόμηναν, οὐ μικρὸν κύθες φέριν ἀγριην
ἐκ τοῦ φωριαμὸς κακλήσκεται ἀνθρώποισιν.

Alli grammaticorum derivationem Eratosthenis mi-
nime improbandam alteri longe deteriori, ab Herodiano
prolatas, postposuerunt; vide Zonaram c. 1634. et qui
ibi afferuntur *). Cum autem nisi de Mercurio furato
ista dici nequirent, ὄνόμην legendum esset; μή ad
quem spectet, demonstratore eget. Sed ea mentio prae-
dæ clandestinae sequentium fragmentorum apud Athene-
næcum componendorum admonet non obscurè.

V. ATHENÆUS V. p. 198. D. (καλοῦνται δὲ αρσενι-
κῶς τους αὐλῶνας, ὡς περ Θουκυδίδης ἐν τῇ δὲ καὶ πάρ-
τες οἱ καταλοχάδην συγγραφεῖς οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυ-
κῶς.) Ερατεντέοντος οὖν καὶ τὸ παρὰ Ερατοσθένεα ἐν τῷ
Ἑρμῆ ρητηκῶς εἰρηθαι. εἰρηθεῖσαν διαφέστας αὐλῶν
ἀντὶ τοῦ βαθεῖα. καθάπερ λέγεται θῆλυς ἔρεση. Potuit
in historia de bobus sublectis occurtere.

VI. PLUTARCHUS de sollertia animal. p. 981. D. Τὸ
δὲ τοῦ ἀνθρίου πανμασιώτατόν ἐστιν, οὐτοῦ Ομηρος ιερὸν
ἔχθνη εἴρημεν. καίτοι μέγαν τινὲς οἰονται τὸν ιερὸν,
καθάπερ οὗτοῦν ιερὸν τὰ μέγα, καὶ τὴν ἐπιληψίαν, με-
γάλην νόσον τύσαν, ιερὸν καλοῦσιν. ἐντοι δὲ κοινῶς
τὸν ἀφετον καὶ ιερῷμένον. Ερατοσθένης δὲ τοὺς χει-
σόφρους ἔοικεν, Εὐδρομίην χρύσουν ἐπ' ὄφρύντι, ιερὸν

*) Vix crederes haec Scaligeri in Varro. p. 55. Arca, quod
arcebantur fures ab ea clausa] Sic Graeci φωριαμόν, παρὰ
τὸ φέρει φέρει εἶρον; cum tamen Eratosthenes ex commen-
titia libula deducat originem, etc.

ιχθύν, λέγεται. Tetigit Hesychius v. ἵερος ιχθύς. Sed omnia longe copiosius exponit ATHENAEUS, accuratius etiam hoc fragmentum memorans VII. p. 284. D. καὶ Ἑρμηνέτης δὲ ἐν Ἐρμῇ φησι·
Ἄροις μαῖθας ἔλεπον, ἐτοῦ πάροτας ιούλους,
ἢ γενεῖται τρίγλην, ἢ περιάδα πίχλην,
ἢ θερινή χρυσιον ἐν ὄφρύαις ἱερούν ιχθύν.

Monet Schweighaeuserus post Dalecampium, ιούλους hic pisciculos esse, alias ιούλιδες vocatos, ut apud Athen. VII. p. 304. extr. Uti etiam Synesium vocabulo ἐπιστ. 4. p. 165. Οἱ ἐπειθεῖσαι ιχθύωμενοι ζώμενοι γρέγαιοι ἐρδό-μηνοι ἦδη, οἱ μὲν ἐνελεῖσθαι μυραινάς τε καὶ καράβους εθμογέσταις αἰρούντες, τὰ δὲ μειωάμενα ἐπὶ κορδίοις εἰνυγέται (cf. Eurip. Ion. 1426. Ruhnk. ad Tim. p. 121. extr. sq. contra Petavii suspicionem) καὶ ιούλοις. Deinde pro vulgaris ἡγε γε νειρογε πρaeetinte Dalecampii ver-
sione (barbatum nullum) ex MSS. idem repositum ἡγε γενεῖται, coll. Sophrone ap. Athen. VIII. p. 324. F. τρίγλαν γερεάτιν. Sed alia hic observanda restant. Primum ex Plutarchois ēn' pro ἐν reponendum erat. Jam particulae disiunctivae si genuinae forent, corru-
ptelam verbo ἔλεπον inhaesentem arguerent; at quem-
cunque confinxeris sensum, non amplius singularia si di-
stincte ab illo ιούλους sciungas quadrabunt. Utrobius
igitur reponendum videtur: ἡδὲ γ. τ., καὶ π. κ., καὶ
φ. κ., mendis sive confusione vocabulorum ἢ et καὶ fre-
quentissima, sive interpolatione propter numerum plu-
ralem instituta, enatis. Atqui pluralis significatus sae-
penumero nominibus alterius terminationis exprimitur,
quocirca voces utroque numero appositaes sermoni exor-
nando passim inserviant. Ipse Eratosthenes pedestri oratione Geograph. fr. CXX. Strabonis p. 767. φοίνικας
ἔχουσας οἴλιγοντ, καὶ ἀκανθαν καὶ μυούσιον καὶ ὄρυκτα
εὐδατα. Aristoph. Αν. 159. sq. τα λευκα σησμα, καὶ
μύρτα, καὶ μήκωνα καὶ δισύμβρια. Callimach. h. Cer. 28.

ἐν πίεις, ἐν μοράλαις πνεύμασι σοαρ, ἐν δὲ καὶ ἄχναι,
ἐν δὲ καὶ γλυκύμαλα: cui simillimum epigramma
laudatum a Schaefero ad Bos. Ell. p. 559. κότινος,
μῆλα, σέλινα, πίτιν. Quae Antiphanes ita protulerat:
ωὐ μὲν καὶ πέμπα καὶ τραγημα, νικητήριον, Athenaeus
XV. p. 667. D. hia repetit: ωὐ γάρ εστι καὶ πεμπάτια
καὶ τραγημάτι. Ex multis unum tantummodo Ari-
stophanis locum subiungam, Eccles. 470. ιμάτια, χρυσοί,
ἀργύροις, ἐπιώματα. Unde emendandus Anaxilas ap.
Athen. IV. p. 183. B.

*'Εγὼ δὲ βαρβίτους τριχόδοντας, πητίδας,
κιθάρας, λύρας, σκινδαψοὺς ἔξηγονόμην.*

Lege, σκινδαψόν. Tandem memorabile est, ab Athenaeo eadem pagina paulo ante Mercurii mentionem
duos Callimachi versus, non multum ab Eratostheni-
cis distantes affterri. *Καλλίμαχος, inquit, ἐν Γαλατείᾳ*
(fr. XXXVII.) *τὸν χονσόφρονν.*

'Η μᾶλλον χονσειον ἐν (l. ἐπ') ὄφροντιν ιερὸν ἰχθῦν,
ἢ πέριας, δοσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἀσπετός ἀλμῆς.
In his et verba *ἢ μᾶλλον* suspicionem iniciunt, non defendenda ex Ione Chio ap. Athen. III. p. 91. E., et nimia quae priori versui cum postremo Eratosthenis intercedit similitudo, (non enim poterit huius ipsius locutionis repetitio tanquam poetis aevi Alexandrini propria confirmari ex Nicandri Georgicis ap. Ath. III. p. 92. D. *'Ηδε καὶ δοτρεα τόσσα, βυθὸντις ἀτα βόαιεταις ἀλμῆς.*) Callimachea cum illum in suos usus conver-
tisse omnium minime sit probabile, persuadet, genuinam Callimachi sententiam periisse, a librario forsitan ad sequentia aberrantē obscuratam.

VII. ATHENAEUS IX. p. 376. B. *Παραπλησίως δὲ*
τῷ Ἀχαιῷ καὶ Ἐρατοσθένῃς ἐν Ἀττικῶν τοὺς σύνας
λαριώντας προσηγόρευσε, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν
λαριών τοιν. *Ἀντερινγής* carmine Eratosthenis indica-
cem fecerunt, qui colligendis eius scriptorum titulis

operam navarunt, vocem sensu cassam propagare non veriti. Novissimus Athenaei interpres ne verbum quidem. Est medicina fortasse violenta, verisimilis tamen, si reliquos locos quos ex Mercurio Atheneaeus desumpsit adhibueris: Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ. Ceterum errat Fabricius, Anterinnyn etiam ex Schol. Nicandri Theriac. p. 42. post Galeum afferens Bibl. Gr. IV. p. 121.

VIII. Tzetzes in Lycophr. 23. "Ιουλος δὲ ογκαι-
νεῖ τεσσαρα, τὸν σκώληκα τοῦτον, τὴν ἐξάνθημαν τῶν
γενείων, τὴν συστροφὴν τῶν τριχῶν, καὶ τὸν ψυμόν,
ὡς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ.

"Η χερνήτες ἐριθος ἐφ' ψυηλοσ πυλεωνοσ
Δενδατις στεψκουσ καλας ηειδεν ιουλουσ.
Eadem Tzetzes in Chiliad. XIII, 494, ΕΤΥΜΟΛ. M. v.
ιουλος, exhibens η χερνήτες θεος — ελεωνος — καλας
δ —, SCHOL. APOLLONII RH. I, 972. Ο μέντοι Ερα-
τοσθένης ὄνομα ωδῆς ἐριθων απέθωκεν ἐν τῷ Ἑρμῇ,
λέγων οὐτω —, δενδαλίδας τεύχουσα, καλας ηειδεν
ἐρύλουσ. Οὐκ ἔστι δέ, φησι Δίδυμος, ἀλλ' ψυμος εἰς
Αχμηνα, ὡς ὄρηγγος παρὰ Τροιζηνίοις εἰς "Αστεμιν
Didymi reprehensio nihil valet. Ceterum repone ex
Polluce IV, 53. et Athen. XIV. p. 619. B. οὐπιγγος.
Schol. II, 43. καὶ ελδος ωδῆς, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης.
Coniecturae criticorum hae sunt. Quam emendatiorem
affert lectionem Brunckius Lection. ad Anal. p. 111.
et ad Apollonii locum priorem: ην δ αρα χερνήτες τι
ἐφ' ψυηλού πυλεωνος, δενδαλίδας τεύχουσα, καλους δ
ηειδεν ιουλουσ, nuditur Schol. Paris. Rhodii, nisi quod
hic πετεωνος legit. In vulgatis acquievit Valcken. ad
Adoniaz. p. 373, B., non Jacobs. ad Antholog. I, 2.
p. 313, emendans ην χερνήτες ἐριθος; de carminibus
in Cererem idem ablegat ad Callimachi h. Cereris
init. interpretem, Spanhemium. Malbyus nonnisi fando
Mercurium accepisse videtur, qui ad Morelli Lex. Pros-

od. p. 476 haec proponit: „Prusquam Tzetzam vidi sem, putaram aliud potuisse ad Cererem, et hunc in modum emendare tentaveram:

η θεός η χερνήτις (Ceres χερνήτις?) εἰς τοῦ ηγετού Ελεώνος δαδούχος στείχουσα καλὸς ηγέτην τούλοντος.
 Eiamntum latet error in v. *Ταυδάτης*. Potest esse feminae nominis proprium prae conscriptum? *Vix* commemoratione digna est Naekii conjectura schedis criticis extremis: *η χ. ε. — δευδαλίδας τεύχονος απαλός, ηγέτην τούλοντος.* Haec hactenus. Jam initio prioris versus Brünckii lectionem esse genuinam, perpendenti, narrationem non potuisse plane singularēm ab Eratosthenē afferri, ideoque superioribus annecti debuisse, affatim liquebit. Sed magis de sensu quaeritur fragmenti; namque istiusmodi carmine de opificio praeparando in hordeo versanti vel obiter dictum fuisse, omnino fidem excedit. *Δευδαλίδας* quidem Heychius diserte agnoscit: *δευδαλίδας οἱ μὲν ἄνθος τι ἄλλοι τὰς λευκὰς καχός οἱ δὲ τὰς ἐπιειμένας πρινάς ποὺ τοῦ φευγῆνται οἱ δὲ τὰς ἐκ κριθῶν μάζας γενομένας.* Memorabilis sarie haec opifionum diversitas, nec nobis, suppetente licet Nicocharis versu ap. Athen. XIV. p. 645. C., facile dirimenda, in tanta testium penuria, aliquatenus tamen dirimet, qui *οὐελχοντας* hic sensu carens, cui Brünckius non aptissimum *τεύχοντα* substituit, probabiliter, historiarum statu scite informato, ementia averit. Interim non videtur de eo dubitari posse, quin pro vīc ex Etymol. M. *θεός* (haec enim vox quantopere corrumpi soleat, neminem fugit) pro monosyllabo habendum restituatur, dicunque de Maia existimetur, quae servili munere ipsa fungoretur. Ceterum *καλός* non recte Brünckius refecit, Athenaeo XIV. p. 619. B. femininum genus defendant.

IX. *SCHOL. DIONYS. THRACIS* p. 654. extr. sq. *καὶ βαρύς, οὐερ κοινώς μὲν οὐερεται, Αττικὸς δὲ βαρύς*

ταῦ. δημαινεῖς δὲ τὴν πάροιον (Schol. Aristoph. Acharn. 86. βασίνοις δὲ λεγούς τὰς πάροιον), μὲν παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει·

μέσον δὲ ἔκανουτο βαυρόν,
ληγον γέφρην. Ιερ. υφῆτε.

X. ERITOME ATHENAEI I. p. 24. B. Oi δὲ γεντερες
καὶ ἐπὶ τοῦ πληρωθῆναι τιθέσαι τὸ πάσσοθα. —
Ἐρατοσθένης.

οπταλεα κρέα

ἐπ τεφρῆς ἐπάσσαντο, τατ' ἀγρωσσοντες ἔλοντο.

Eurip. Cycl. 245. πληρονοι γηδὺν τὴν ἐμὴν ἀπὸ αὐθακος θερμήν. Hinc poterunt nonnulli versus apud Athenaeum suppleri, de qua medela dubitationem eximet Diphilus VI. p. 231. A. ὄπτων ἐπηγεις αὐρὸς εἴτε τοῦ τηγάνου. Philetaeri igitur vel Nicostrati versus III. p. 108. C., quos Porsonus Advers. p. 65. alieno in metro illigavit, nihil offensus istis σηπίαις ἀπὸ τηγάνου, ita videntur redintegrandi esse. Vulgatur: Οὐκοτέλεσις αὐθις σηπίαις ἀπὸ τηγάνου τολμήσαμε φαγεῖν μόνος. Revoica litteras fugitivas ac dispone:

— Ὀπεὴν οὐκοτέλεσις αὐθις σηπίαις

ἀπὸ τηγάνου ἐτόλμητα ἢν ἐμφάχειν μόνος.

Elmsleii observationem, quae eiusmodi elisioni, sequente, possit obliquari, nihil moror, utpote ab idonea ratione destitutam, quantumvis nonnullis probatam. Eodem modo principium versus Pherecratei VI. p. 228. E. exciderat. Praeterea in Diphili fragmento IV. p. 132, D. coniungenda sunt ἀπὸ θερμοῦ ἀποξεῖσαι.

XI. Ηεράκιος: Ἡδυτῆρες οἱ ἄλει, Ἐρατοσθένης. Pollux VI. 71. ἐκαλοῦντο δὲ καὶ οἱ ἄλει γέδυτῆρες διὰ τὸ ηδύνειν.

Qui his octo fragmentis aptam invenerit fabulam, facile explicabit.

XII. STEPH. BYZ. v. Ἀττικ. λέγεται δὲ Ἀττικ. θηλυκά, οὐ δὲ γυναική Ἀγαδας, οὗτο τηγν χώραν Ἐρατο-

αθηναῖς τοῖς Βορρῇ φρεστηροῖς. Igitur Eratosthenes veram eamque iab Aeschylif dadum posteaque a Mythographis adaptatam sequebatur sententiam, ipsam Ptolomaeum olim Apiana audiisse cf. Blomfield, glossar. ad Agam. 247. Ceterum v. notata ad fr. XV. 26.

XIII. CHALCIDIUS AD TIMAEUM p. 166. Pythagoreum dogma est, ratione harmonica constare mundum, coelestiaque distantia congrua et consonia sibi invicem intervallis imperio nimio et velocitate raptatus edere eos nos musicos. Quiem secutus Eratosthenes, motu quidem stellarum sonos musicos, edi consentit, sed ordinem collocationis non sundem esse dicit. Statim quippe post lunam secundam altitudinem a terra dat soli; memorans fabulose, Mercurium commenta recens a se lyra, cum cōsum ascenderet, primitus transeuntem per ea, quae motu planetum ad organicum modum personabant, a se inventae similem, miratum, quod imago a se inventi operis in coelo quoque reperiretur stellarum collocatione, quae causa esset continentiae: recensere primum se a terra transmisso lunae globum, post quem superasse Solis, dehinc Mercurii Stilbonis et ceterorum cum aplani summa. Extrema corrupta videntur. Fabricium recte haec ad Mercurium retulisse, docent tum fr. LV., tum Achilles Tatius in Arati Phaenon. p. 136. init. Περὶ δὲ τῆς ἐναρμονίου κυήσεως αὐτῶν. (τῶν πλανητῶν) εἰπεν, ὡς ἔφην, "Ἄρατος ἐν τῷ Κανόνι, καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ.

XIV. Idem Achilles Tatius p. 152. Αἱ δὲ φυσικοὶ φιλόσοφοι τὸ μεταξὺ διῆκον πνεῦμα λέγουσαι ἄξονα, ρέμνηται δὲ αὐτοῦ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων. Λάτην μὲν μιν ἔτειμε μεσηρέα παντεῖ Οἰλύμπου, μέντρου μέτρον σφαιρας· διὰ δὲ ἄξονος ἡρμεσιοῦ.

Habet Fellus p. 46. παντός et ἐπι σφαιρας Brunck, Lect. ad Anal. p. 211. Hoc quidem non opus erat: v. ad Geograph. fr. LVII. illuc facilius poterat γάρτη re-

ponit in libro Mercurio et expeditioribus utrūque fragmentum superius. Eratque Achilleus Tatiū illustrat Theba ad Araci Phaenomēni 21. *Ιοτέων* δέ, *περιηγή τεσσαρώνοις* φίγησις πινεται. Στις τιναις ἀναθυμάταισι δύο μη τινα επιτὸν κατοδύτη. Κατέρημνος δὲ *μεσαία* ζώαν *καὶ* *quām* *insequentibus* describit egisse. videtur.

XV. Ιοτέων 25. Ιατρίνης θεοῖς ταῖς γενόντις Αρατος τὴν τοιούτην φαντασίαν οὐκέπισθη, ἀλλοὶ δέ, ἢν καὶ Ερατοσθένης, ἐμηγράφονται. ib. D. E. sq. de zona torrida τούτην θεοῖς οἱ μὲν αἰολῆται, οἱ δὲ οἰνειαδεῖ λέγουσι. μέμνηται δὲ τῶν γενῶν τούτων καὶ Ερατοσθένης εἰς τῷ Ερμῆ λέγων.

Πέντε δέ τις γάρ τις περιειλάδες επεισηγγίται, αἱ δύο μὲν γκανοῦοι πελαινότεραι κατάρτοι, η δὲ μία φασαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς ολον. ἔρνθρη.

Η ρὲν ἐγή ρεσάτη, Επέκαντο δὲ πάσα πηρί * τυπομένη φλογμοῖσι, Επιρρυμοῖσιν ὑπὲν αὐτήν 5 πεκδιρέντι ἀκτίνες διειθερέες πυρόβωσιν.

Αἱ δὲ δύο ἐκάτεροι πόλοις περιπεπτηται, αἱ δὲ φρικαλέαι, εἰδὲν οὐδατι νοστεούσιν. 10 οὐ μήν θύσω, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν πούνταλλος κατεις ὄντας, περιρυκτος δὲ τέτυχται.

Άλλα τὰ μὲν χερσαῖς καὶ ἀμβατα ἀνθρώποισι δοιαι δὲ ἄλλαι κάστοις ἐναντιαι ὅλλήλαιοι, μεσσηγῆς θέρεος τε καὶ νετίου πρυτάλλου, ἀμφα εὐηργητοι τε καὶ ὄμπνιον αἰδήσκονται παροπὸν Ἐλευσινῆς Δημητρός· ἐν δὲ μίν ἄνθρος 15 Αρτιπόδες νόσοιν.

Τέλος μὲν Ερατοσθένης.

Priores octo versus allegavit Heraclides allegor. Homer. c. 50. (p. 476.) sive Schol. Venet. II. v. 473. p. 429. a. διηρέει Ερατοσθένης καὶ προδούτερον εἰς τῷ Ερμῆ ταῦτας δημητρίβωσι εἰπὼν Ηέντε. Hōs ipsos Latine vertit Hadr. Iunius Animadvers. III, 5; uetus est fratre.

fragmento Fulvius Ursinus collatione Virgilii cum script.
Gr. ad Georg. I, 233: uterque post Probum Virgilianae
imitationis admonentes. Etenim haec PROBUS AD GEORG.
l. 1. Hanc tamen universam disputationem certum est
Virgilium transtulisse ab Eratosthenè, cuius liber est
hexametris versibus scriptus, qui Hermes inscribitur.
Virgiliana haec sunt I, 233 — 39.

Quinque tenent coelum zonae, quarum una torusco
semper sole rubens, et torrida semper ab igni;
quam circum extremæ dextra laevaque trahuntur
caerulea glacie concretae atque imbris atris.

Has inter medianaque due mortalibus aegris
munere concessae divom. Via secta per ambas,
obliquas qua se signorum verteret ordo.

Ubi Germanicus versum Eratosthenis dedit Vossius
versionem. Ex emendationibus plerumque Ios. Scaligeri ad Manilium p. 320. edidit Fellus p. 46, quem
fere sequitur Brunckius Analect. I. p. 477.

1. $\delta\epsilon$ οι Heraclides περγυγές idem, non male, cf.
Arati Phænom. 23. Callim. fr. 429. non differt sequens
~~περγυγένημα~~; sensus idem erit: circum circa versan-
tes. ~~πονηρόντο~~ Schol. Venet. quod recte Fellus ex-
hibuit.

2. Hic et versu tertio scribendum $\alpha\bar{\iota}$ et $\bar{\eta}$; etenim
 $\alpha\bar{\iota}$ μὲν — $\bar{\eta}$ δε — hic a formula $\bar{\sigma}\varsigma$ μὲν — $\bar{\sigma}\varsigma$ δε — ,
partim — partim; derivanda sunt. $\chiελαινοντερον$. Schol.
Venet. lectio propter γλωσσοῦ καγάφα recipienda. Ge-
nitivum, ut apud Latinos, Graecia quoque proprieta-
tem quandam indicare docet Lobeckius ad Phrynicam
p. 215. et 469. extr. Adde Aristoph. Lysistr. 1132.
 $\omega\bar{\iota}$ μῆνις γέρνιψος, quibus Brunckius $\bar{\epsilon}\bar{\lambda}$ intrasit. Mi-
rurus est Matthiae, qui licet hunc genitivi usum abnega-
tit, eadem pagina Platonicum $\bar{\epsilon}\bar{\iota}\bar{\nu}\bar{\iota}\bar{\iota}$ τριάκοντα
attulerat. Hinc explicari debuerat Aeschyli Agam. 1379.
 $\bar{\nu}\bar{\iota}\bar{\nu}\bar{\iota}\bar{\iota}$ ταλαιάς $\bar{\eta}\bar{\iota}\bar{\iota}\bar{\iota}$, coll. 1659. Etiam apud Lucianum

vulgata Prometh. 7, quibus frusta metuebat Menestheus, καὶ γὰρ πλευτικῆς ἡ θεός, restituenda sunt.

3. Venet. ἔκπυρος cum Heraclide, cui fortasse olov' molestiam facessiverat. Atqui ὡς, ὥστε, οἰον, ὥσπερ passim enunciatonis veritati aliquid detribuit. Particulae ὥσπερ eo sensu illatae nonnulla ex Aristophane suppeditat exempla Elmsleius ad Acharn. 198, quibus eximie Thesmoph. 869, adde quae etiam ad ὡς et ὥστε declaranda ex parte valent, Lysistr. 1076. *An.* 180. Aeschyl. Agam. 1220. 1274. Eurip. Hipp. 849. Bacch. 643. Heracl. 424. Menand. ap. Athen. T. I. p. 277. extr. Alexin ib. III. p. 118. A. versu 17. (ubi ruente metro eam locutionem male obscuratam reperiatis.) Sosipat. ib. IX. p. 578. F. Callimachi h. Del. 301. Lysian p. 812. a Brünckio ad Soph. Antig. 260. secus explicitum. Pauca enotavit Heind. ad Phaed. p. 143. Etiam olov' ita Aristophanes usurpavit Vesp. 1369.

οἶον εἰ μὴ ἐρέησεν' υμῶς,
ω̄ πονηροῖ, ταυτὴν τῇ
θαῦδι φρυκτούς σκευάσω.

cum coque Alexis Athenaei VII. p. 501. B. Duplicem praestat demonstrationem extreūum Geograph. fr. LV. Ut igitur κελαιγνοτέρου, ita hic olov' imaginem coloris dilutiorem repreäsentat.

Ceterum Vossius l. l. p. 121. rubrum et caeruleum colorem, quo Eratosthenes et Virgilius zones insigniant, ab sphærae picturis derivatum censem; certe Claudianum 33, 244. versicolorem mundum in textura fingere, quae torridam rubro, reliquas zonas suo quaque colore exornatas exhibeat. Haec quidem ratione satisfacit, quia sphaera, si modo coloribus distincta erat, per Eratostenem demum, in quinque zones divisâ (divisionem enim dudum Parmenides instituit) fianotuerat, hunc autem omnes posteriorum saeculorum auctores secuti nihil nisi imitari debebant. Itamo ex

Ipsa tē nigrescentes frigidas, igneām contra zonam de-
sumpsit torridam; satis id innuitur Virgiliano: imbribus
atris. Ceterum zonarum descriptionem per omnia pro-
pagavit Strabo passim libro secundo, veluti p. 96. 111.

4. omittit Venet. πρό in fine addit margo Petavii;
περὶ πρό recte Fellus.

5. ἐπει ḡά ἐ μ. ἐπ' α. Heraclides. μανθανούσι Vener.
Hinc legendū videtur: ἐπει ḡά ἀνανροὶ ἐπ' αὐτήν. Fel-
lus ἐπει ḡά ἐ μ. ὑπ' α. sine sensu.

6. κεκλιμένην Heraclides. κεκλιμέναι Fellus recte;

7. δύω recte Heraclides. οἱ δὲ ἐκάτεροι Vener.
Ille πόλοιο περιπεπηγυῖαι.

8. κρυμαλέαι, αἰεὶ δὲ ὑδατι μογέονσαι Heracl. νετ
βρυμαλέαι Venet. αἰεὶ φρ., αἰεὶ δὲ ὑδατι νοσέονται Fellus.
αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δὲ ὑδατι μογέονται Brunckius. Ni-
hil nisi αἰεὶ δὲ ὑδατι μογέονται immutandum erat.
Istud αἰεὶ δὲ falsum esse hodie demonstrationem non
requirit, quamvis illius usus nondum caussa sit expo-
sa. Fugit novissimos Sóphoclis editores Aiacis 350.

9. οὐ μέρ recte Fellus.

10. κεὶ γαῖαν ἀμπέσχε idem, sed rectius τέτυκτο.
Non meliora Brunckius profert: καὶ γαῖαν ἀμπέσχε, πε-
ρίνυχος δὲ ἐτέτυκτο. Glaciem frigidissimam extitisse
non erat frigidore docendum additamento. Proinde non
difficulter περὶ ψυκτὸς δὲ τέτυκτο ex more Eratosthe-
nis conieceris (v. fr. LVIII.); sed quale monstrum ἀν-
τέσχε condat, minime liquet. Sed donec felicius inge-
nium verum reppererit, nihil vetat emendationem propos-
nere: κεῖται αὐτὸν αὐτῷ πάχυγοι, id est, ἀνάκειται αὐτῷ
πάχυγοι, de cuiusmodi praepositionibus postpositis, praes-
sertim obviis apud poetas recentiores, conferendus in-
primis Ruhnkenius ad Callim. h. Apoll. 50. Illud qui-
dem vocabulum, quamvis de statua tisitatisimum, po-
tuīt non sine vi collocationem limnotam significare,
quemadmodum diversum in sensum Aristophanes no-

vavit Avibus 636. οσα δὲ γνάμη δεῖ βουλεύειν, ἐπὶ τοῦ ταύτῃ πάντες ἀνάκειται. Volunt igitur voces: glacies constrata iacet, pruinis circumdata: κρυσταλλος et πάγη coniunxit Theognetus Athenaei III. p. 104. C.

11. χέρσος agnoscit etiam Blomfield. gloss. Aesch. S. Th. 64, sed illud vocabulum significatu a χέρσος distat, et distare oportet. Legendum χέρος ἄλλα.

12. ἀλλήλης Fellus. Idem 14. recte σύνοργοι, sed eius αἰδοίσκουσαι non opus est. Marginis Petavii lectionem αἰδόγουσαι, dudum ab Ursino propositam, Brunkius recte admisit, recteque defendit Schaefer. ad Theocrit. XVII, 78.

16. Vetustam lectionem Ἐλενσινῆς restituit Brunkius; Ἐλενσινῆς recentiores, probatum Diario Britannorum Classico n. 7. p. 256. Vetustioribus Graecis eam formam non abiudicarim cum Hermanno Elem. D. M. p. 44, cum Χάλιψος aliaque eiusdem analogiae nomina, quae etiam maiorem iniiciant admirationem, praesidium ferant; sed quia Ἐλενσινῆς synizesi adhibita tum demum stare posset, si poetae non alia terminatio suppetisset, potius utpote simplicius Ἐλενσινος coniiciendum videtur, quod, ne dicam de vocabulis communis complexionis, qualia Ἰθανος, Κρίσσος et similia, neve adiectivi Θρήξ commemorem exempla, ad quod proxime accedit Φρύξ Sopheclis ap. Athenaeum p. 183, ipsum illud Ζεὺς fr. XII. confirmat. Tāv Ἰδαν ἔριν eruditissimi poetae, Callimachi, lavacr. Pallad. 18, perperam Bentleius sustulit, cum eoque recentiores editiones. Notus est Ζεὺς Λακεδαιμων, unde Λακεδαιμων aliquoties pro Λακεδαιμόνιος dicebatur, a Schaefero (qui in Gregorio certo p. 127. τὸν Λακεδαιμόνιον edere debebat cum Fisch. ad Weller. III. a. p. 300.) ind. ad Gregor. Cor. p. 1000. plane repudiatum, tuendum tum observatis Munckero ad Fulgentii Mythol. I, 1, tum Homericō et Callimacheo in Dianaē 197. Κύδωνες, praeter Σδών ab

Etymologico observatum. Κόρινθος plurium nomen illustrat Koenius praefatione ad Gregorium. Omnia formae eiusmodi verborum principio a poetis varie pericitatae sensim sensimque in consuetudinem irreperserunt, necessitate quadam ubi non adeo adiectivum effingere in promptu esset retentae. Veluti Σολυθης 255. Καρυειοτο Τυνίνθου novavit, temere ab Lennepio corruptus! Adde similimum Διορύσιον ἐς χορόν, in scolio ap. Athen. XV. p. 695. C. Nonnulla dedit Koenius ad Gregor. p. 108; alia ad Chromogr. fr. XVIII. reperiuntur: quibus reputatis Ἐλευσίνης minus verisimile videtur, cum praesertim conjectura sit adscitum, ac plane gemellum extet Λεύκωφρος Ἀρτεμις apud Schol. Aristoph. Eq. 84.

Hisce igitur versibus Tatius subiungit: ταῦτα μὲν Ἐρατοσθένης. Idem de zonis denuo edisserens, p. 157. Εἰ οἱ δὲ πέντε παρέλαβον, ὡςπερ Ἐρατοσθένης καὶ ἄλλοι πολλοί.

XVI. Eratosthenis sententiam verisimile est Αροτροδορούμ ΗΙ, 8. extr. servavisse: εἰνὶ δὲ οἱ λίγοντες, ὡς Ἀρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἔφυλαξεν. απολομένης δὲ Καλλιστοῦς Ζεὺς τὸ βρέφος ἀρπάσας ἐν Αρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέψεις Μαιεψ, προσαγορεύσας Ἀρκάδα· τὴν δὲ Καλλιστών καταστερίσας ἐπάλεσεν Ἀρκτον. Supplet narrationem PAUSANIAS VIII, 3. p. 603. "Αρτεμις δὲ ἐς γάριν τῆς Ἡρας κατετόξευσεν αὐτήν. καὶ οἱ Ζεὺς Ἐρυμήν πέμπει, σῶσαι τὸν παιδά οἱ προστάξας, ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν η Καλλιστώ. Nusquam hanc fabulam reperias. Sed de auctore dubium extinxit HYGINUS fab. 177. Nic ergo septen-trio maior, de qua in Creticis versibus (Barthii MS. Cretaeis; perspicue legendum, in Eratosthenicis versibus: cf. supra p. 6. not.):

Tuque, Eyaoniae mutatae semine (t. semina) nymphae,
quam gelido raptam de vertice Nonacrinæ

Oceano prohibet semper se tingere Tethys;
ausa sua quod sit quondam succumbere alumnus.
Haec igitur ursa a Graecis Ἐλίση appellatur. Haec ha-
bet stellas in capite septem non claras, in utraque ante-
duas, in armo unam, in pectore claram unam, in pede
priori unam, in extrema coxa claram unam, in femine
posteriori duas, in pede extremo duas, in cauda tres;
omnes numero viginti. Haec satis ab P. A. III, 1.
discrepant, nec dubitari potest, cum alieno loco haec
de stellis expositio inserta fuerit, modo autem Era-
tosthenis (nihil enim septentrioni cupa Cretico poemata
est communis) mentionem impiecerit, quin Hyginus,
haec quoque ex illius carmine excerpserit.

XVII. HYGINUS P. A. III, 1. Sed in prioribus
caudae stellis (minoris Arcti) una est infima, quae Po-
lus appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum
ipse mundus existimatur versari. Reliquae autem duas,
χορευται dicuntur, quod circum polum versentur.

XVIII. IDEM P. A. II, 3. de Serpentis; Iuao
dicitur hunc ibi custodem posuisse. Hoc etiam signi-
ferit, quod in sideribus supra eum Draconem Herculis
simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat;
quare licet intelligere, hunc maxime Draconem dici.

Erigone.

De Erigone haec Longinus 33, 5. Τι δέ; Έργο-
ποθένης ἐν τῇ Ἡμιόνῃ· διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον
τὸ ποιητικόν· ἀρχιλόχον, πολλὰ καὶ ἀνοικοδόμητος
παρεσύραντος, κακεῖνα τῇ ἐμβολῇ τοῦ δαιρονίου πνεύ-
ματος, τὴν υπὸ νόμαν τάξιν δύσκολον, ἀρα δὴ μείζων
πονήσει. Iniqua haec comparatione missa, de qua su-
pra p. 110. dictum, illud certe insigni praedicatione con-
ficitur, egregie exiguum istud argumentum pertracta-
tum fuisse. Celebritatem quoque maximam obtinuisse
id demonstrat, quod Hesychius in re admodum vul-
gari eius carminis veritatum exhibuit decerptum. Sed

num Actiae auctor, canens *Athenarum citantem*, iam nobis sidus, *Erigone*, ad poema Eratosthenis respxerit, in qua sententia versabatur Heynus ad Apollodor. p. 331, dubitare licet.

Erigonae locum indicant PLUTARCHI qui dicitur parallela stellae p. 307. E. Ο περὶ τοῦ Ἰαρίου μύθος, ὃ Αἰόνιος ἐπεξενάθη. Ερατοσθένης ἐν τῇ Ἡριγόνῃ. Sed prolixius:

XIX. SCHOL. IL. 7. 29. "Ἐνοι δέ φασι, τὸν κατηστεριαμένον (ante Valckenarium edebatur τὸνδε τὸν π.). Κίνσα τῷ Δερίωνος, ἄλλα Ἡριγόνης ὑπάρχειν, ὃν κατεστερισθῆναι διὰ τοιωτέρην αἴτιον. Ἰαρίος γένει μὲν ἦν Ἀθήνας, οὐχὶ δὲ Θερμίδρα (μενογενή add. Schol. Venet.) Ἡριγόνην, τηις κύνα μητριον ἔτρεφε. Καίσας δέ τοις δὲ Ἰαρίος (τὸν inserit Schol. Ven.) Αἰόνυσον, θλαψεν αἴτιον τοῦ τε καὶ αὔτελου κλῆμα. κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας περιήσεται γῆν, προφατινων τὴν τοῦ Αἰονύσου χάριν, ἔχων εὐντῷ παῖδα (hoc omisit Valck.), τὸν κύνα. γενόμενος δὲ δικός τῆς πόλεως, βουκόλοις σίνον παρέσχεν. οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι, οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὑπονον ἔτρεπτοι, οἱ δὲ περιλειπόμενοι νομίσαντες θανάτουν τοῖν τὸ πόμα πλήσσοντες ἐφόνευσαν (έφονενσαν Venet.) τὸν Ἰαρίον (aperte genuina, etiam Hyginianis: Fustibus eum interfecerunt, expressa, neqno Luciano (D. D. XVIII, 2. τὸν γοῦν Ἰαρίον, ὃ πρώτῳ ἐδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ἐμπότεστα αὐτοὶ διέφθειραν, παιοντες τοὺς Θικέλλας.) ignota, vulgariter τὸν Ἰ. ἀπέκτειναν substituit Valck.) μαζὶ τῷρεσσι δὲ νηφάντων αὐτῶν, παταγγόντες αὐτῶν τὰς φρυγῆν ἐτρέπησαν. οἱ δὲ κύνων ὑποστρέψας πέρος τὴν Ἡριγόνην, δι' ὠργυμένην διαήνυσσεν αὐτὴν γενόρεαν (ταῦ γεγονότα Venet.). ηδὲ μαθεῦσα τὸ ἀληθές ἐστήν αὐτοτηγος. Νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενόμενης, κατὰ χρηστὸν Ἀθηναῖοι τὸν τὸ Ἰαρίον καὶ τὴν Ἡριγόνην διναυσιαῖσις (addendus hic locus nisi quod

Lobeck. ad Phryniac. p. 36a. sq. collegit. Ἰκαρίας τιμων οἱ καὶ πεπονισθέντες, Ven.) εἰ γέραιον τιμων οἱ καὶ πεπονισθέντες, Ἰκάριος μὲν Βοώης ἐκλήθη, Ἡριόνη δὲ Ηροθέους, οὐ δὲ κύνη τὴν διατού ὄνομασιαν ἔχει. Τοτορεὶ Ερατοθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταλόγοις. Brevius enarravit Apollodorus. III, 14, 7. Fusius Hyginius P. A. II, 4, ubi aliorum variationes bis commemorat, ex quorum sententia fab. 130. historiam exposuerat. De posse, mate ea quae Scholiasta tradidit derivata fuisse, etiam vox νινίος de cane usurpata, praeterea ἐγέραιος satis indicant. Ceterum fabulam minima ex parte protulit de ingenio suo Eratosthenes, eo minus, quod in sacris solemnibus fatum Erigoneae celebrabatur (Pollux IV, 55, οὐ δὲ καὶ ἀλήτις φύσει ταῖς δύραις προσεδόμενας, Θεοδύρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου: et Athēn. XIV. p. 618. E. Ἡν δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς δύραις τις (ῳδὴ) ἐπὶ Ἡριόνη, ἣν καὶ ἀλήτιν λέγονται ὠδίν.). Nomen quidem Icarii nihil nisi ad vinum propagatum alludit; quin Bacchum nonnulli, quos tangit Poeta apud Diodor. III, 65, in Icaro natum perhibuere. Quid vero excogitavit Staverenus ad Hygini f. 130, Icaron insulam in qua Pramnium vinum nasceretur ab ille Icario, denominatum sibi videri: eatis manifesto tum vocabuli forma, tum alias iatiusmodi etymologiae, quibus antiqui nimium indulgebant, arguunt, potius a regione vini copiosa heroem carminis insignitum fuisse; ab Icario enim, Attico pago, non facile id factum sibi quisquam persuaserit. Dupliceum errorem Stephanus admisit Byzantium: Ἰκαρία, δῆμος Αιγαίδες φυλῶς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἡριόνης. Rectius Athenaeus loco memorabili II. p. 40. B. Απὸ μέδης καὶ η τῆς καμφεδίας καὶ η τῆς τραγωδίας εὑρεσις. εν Ἰκαρίῳ τῆς Αιγαίου εὑρέθη.

Omnia huius argumenti partes offerunt haec fragmenta:

XX. ANALECTA BRUNCKI I. p. 477.

*Oλύος τοι πυρὶ ίσον ἔχει μένος, εἴτ' ἀνὴν ἐς ἄγροα
ἔλθη· πυμανεῖ δ', οὐα λίβνοραν ἀλλα
Βορδᾶς ηγέτης Νότος, τὰ δὲ καὶ πεπονμένης φοίκης
βυσσούθεν, ἐκ δ' ἀγροῦ πάντες ἐτίναται νόοιν.*

Repetit ille inter poetas gnomicos p. 194. Lips.

Servarunt hos praeclaros versus ATHENAEUS II. p. 36.
F. et STOBÆUS Serm. XVIII. p. 163, quorum apud
priorem τῷ hodieque, apud alterum τῷ olim pro τῷ
initio legebatur, quod cum τῷ commutatum ivit, non
dexterime, Alberti ad Hesychii *ερφηκοπλίσωτον*, qui
extrema in glossa haec habet: διότι θεομός ἐστι φύσει
ὁ οἶνος, η πυρώδης οἶνος τῷ πυρὶ ίσον ἔχει μένος. —
Ερατοσθένης. Tres priores versus tacito auctore CLE-
MENIA ALEXANDR. Paedag. II. p. 166. f. ita usupravit;
ἔντεῦθεν καὶ η ποιητική ὥφελημένη λέγει. *Ολύος* δ'
ὅς πυρὶ ίσον ἔχει μένος, εἴτ' ἀνὴν ἐς ἄγροας — *Βο-
ρέης* — tandem πεπονμένα πάντα φαῖται. Indicatus
est a Bentleio ad Callimachi epigr. IV., quod in Frisch-
lini editione Erigonei versus sequebantur, ab illo testi-
bus collatis electi. Sed quae deinceps apud Clemen-
tem subsequuntur,

*οἶνος ἀμαρτοστῆς, οἶνος μαθύουσιν ὅλοσθας,
οἶνος φυχοπάτης,*

non debebat Héynius ad Iliad. III. 216. eidem Erato-
stheni tribuere, quae quidem non iam in Erigonei
suum poterant locum invenire, Orphico quodam vate,
quādā illo poeta, si ex sermone censendum est, di-
gniora. Quisnam huic fragmento locus asegnari quat,
supra disceptavi p. 114. Conferendus est Panyasis ap.
Athen. p. 37. A. *οἶνος γαρ πυρὶ ίσον ἀποχθονίοισιν*
φυατει: in primis ob illud τοι Cypriorum auctor: ib;
p. 35. C.

*Οἰνόν τοι, Μενέλαε, Θεοὶ ποίησαν ἀριστον
ἀνητοῖς ἀνθραιτοῖσιν ἀποσκιάσαι μελεδώγας.*

Ceterum τὰ δέ νοτιονομάτην. Non longe ab istis distinisse videntur, quae excitat:

XXI. SCHOL. NICANDRI THERIAC. 472. εὐ τοι ὄσοις φαινεοις Μοσυχλαῖη φλογὶ ίσον. Buttmannus (Museum d. Alterthumsw. I. p. 299.) coniiciebat εὐ τὸ ὄσοδης, suspecta locutione, hac insuper sententia proposita (p. 306.), Eratosthenem, nihil nisi doctum poetam, Antimachum imitando de Mosychlo mentionem inieciisse: oblitus, ut videtur, illumi et Graeciam invisisse, et Geographica composuisse. Corrige, sodes:

Εὐιός, ὃς φαινεοις Μοσυχλαῖη φλογὶ ίσον [οἶνον].

Iam si animadverteris, hoc cum fr. XXVIII. apud Schol. Nicandri obvium ex Erigona desumptum esse, ad idem poema etiam tertium referre fortasse non dubites (fr. XXIX.).

XXII. GEORG. CHERUBOSCUS AD THEOBOSIUM ap. Bekk. Anecd. p. 1366. γάνυς γάνυνος ὁ γανάντωρ παρὰ τῷ Ἐρασσοθένει. Vocabulum γάνυς, hodie apud Graecos scriptores nusquam, opinor, obvium, insolentiore ac magis quam poetico γανύκτωρ (sic leg.) non potuit explicari: neque enim grammaticorum adeo moris est, obscurioribus illustrare interpretationis. Jam Bacchus quin eo cognomine fuerit decoratus, cum vix dubitari possit, his ut in re desperata locum constitueris, ita ut lacunae causa apparet: γάνυς, γάνυντος ὁ Διώνεος. — Διωνύσιος γάνυκτος παρὰ τῷ Ἐρασσοθένει.

XXIII. ETIENNEOS. M. p. 170, 47. Αὔροσχάς, η φύτειος, μέρηνται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ αὔροσχάδα βότρυνν Ἰασοφύτης. Ἐρασσοθένης δὲ ἐν Ἐπιθελέρῳ, τὸ κατέ ρίτρυν κλήμα, εἰρηται δὲ ἐπαναρρυμένη τε φύτα σύκη. Σόκη γαρ τὸ κλήμα. Titulus cum per se est suspectus, cum illa fr. XIX. ἀμπέλου κλήμα λαζανας. Nunc locum obidentis admonent, ita ferasan ex plendae: Ἐρασσοθένης δὲ ἐν Ἡριόνῃ. — Ετι θαλλο-

μένη τ' αὐρεοῦχα (vel ἐπὶ Φ., praeterea; Scholastā I. l.; οἰνός τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα). τὸ π. β. κλῆμα. In vitium, quod apud Aeschylum prae ceteris saepe gereretur, δοχομία verbi causa pro δρυμένα, hinc quoque posueris. Non inveniuntur αὐτοῖσι σχέσεις (s. κείματα) vitis ramulum designabat, quem ab auris leviter concitum soliis iam inhorrescentem licet inaudire. Non immemorito Schneiderus Hesychium in suspicionem vocavit. Is enim priore loco: Ἀρασχάδει, τὰ περισυγὰ κλήματα MS. τὰ ποντικὰ κλήματα. Legendum: Αὐροσχάδεις. τὰ ἀμπέλωνα κλήματα. Deinde: Ἀρέσχαι. κλήματα βότεροις προ αὐθόσχαι. Harpocrat. v. σύχεφόροις η ὅδος σχη κλήματά εστι βέτρος ἔξηρτημένους ἔχων: ταῦτην δὲ ὄρεοσχάδα ἔμιοι καλοῦσιν.

XXIV. Hesychius: Άγρηνόν, δικτυοιδές, δὲ περιτίθενται οἱ βακχείωντες Διονύσῳ. Ἐρατοσθένης δὲ αὐτὸν καλεῖ γρήνυντην γρήνον. Forte γρήνυντην γρήνεται. Haud tamēn acio an Hesychii lecus imperfectus sit, ac fragmentum potius ad librum histrionicum pertinuerit. Pollux IV, 116. τὰ δὲ ἐπιβλήματα (τὰ τραγικά) — ἄγρηνον. τὸ δὲ ἣν πλέγμα εἴς ἐριών δικτυώδες περὶ πάν τὸ σῶμα, ἡ Τειρεσίᾳ ἐπεβάλλετο, η τινι ἄλλῳ μαρτικῷ.

XXV. Macrobius Saturnal. VII, 16 ext. In pulmonem defluere potum nec poetas ignobiles ignorantia enim Eupolis in fabula quae inscribitur Κόλαπες.

Πίται. γύρε ἡ Προταγόρας ἐκίλενεν, ἵνα ποδ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμονα ἐκλυτον φορῇ.
et Eratosthenes testatur idem:
καὶ βαθὺς ἀπόρτω πνεύμονα τεγγόμενος.

Erigonaē versum recte attribuit Brunckius Lect. ad Anal. p. 111. Eupolidis versus alii sentent, exhibito Athenaeo V. p. 218. C. Plutarchus de Stoicorum repugnantiis p. 1047. D. (καίτοι Πλάτων μὲν ἔχει τῶν λατρῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους μαρτυροῦντας, καὶ τῶν ποιητῶν,

*Εὐριπίδην, Αἰσαῖον, Εὔπολιν, Ἐρατοσθένην, λέγονται, ἂν τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος διέβασε. Αἰσαῖον
versus servavit Athenaeus. I. p. 22. E. X. p. 450. B.*

*Οἶνῳ πνεύμονα τέχχον· τὸ γέρα στεφόν περιέλεσται·
αὶ δὲ φρε χαλεπά· πόντα δὲ δίψαις ψπόν καθματεῖς.
τέχχον potius pro vulgato τέχχη erat recipiendum, quam
τέχχη πλεύμονας οἶνῳ ex libro decimo. Λύραι autem
infinitivus a sequentibus peperdit. Compares Horat. Carm.
IV, 12, 13. Adduxere sitim tempora, Virgili. Idem Athene-
naeus, Enpolidis versum, posteriorem ita adiicit: ἵνα πρὸ^{τοῦ} κακοῦ τὸν πνεύμονα ἐκλυτον φορῇ. Ceterum Al-
cæi fragmentum Sylburgius dudum Theognidia vs. 1040,
admovit.*

XXVI. Hyginus P. A. II, 4. p. 427. — dicitur hinc
quis in vineam se coniecisse, et quae ibi tenerima folia
videret, decerpisse; quo facto, Icarum frato animo tu-
lisce, cumque interfecisse, ac vento plenum præligasse,
et in medium proiecisse, suosque sodales circum eum
saltare coegisse. Itaque Eratosthenes ait:

Ικαρίου ποσὶ πρῶτα περὶ τούγον ὠρχήσαντο.

Valckenarius hiis ipsis quae p. 113. proposita leguntur.
haec subiungit: „Ut sic credam, tum ratio suadet poe-
matis, olim noti sub nomine *Ηριγόνης*, tum versiculus,
quem apud Hyginum obvium ex isto poemate, non a
Catasteriis, ut credidisse videtur Scaliger, censeo re-
petitum. — Ex illis quae praecesserant pendaet nomen
Ικαρίου, et si ponas, in fine versus antecedentis lectum
ἐρετμοῖς vel simile quidpiam, sensus loci facilis eva-
det.“ Simpliciorem monstrant interpretationem Euripi-
dis loca, Iphig. T. 1143. sqq.

*χωρὶς δὲ σταῖην, ὅδα καὶ
παρθένος εὐδοκίμων γάμον,
παρὰ πόδ' εἰλίσσοντα φίλας
μαρρῷς γλίκην φίασσος — .*

Troad. 152.

ποδὸς ἀρχεχόρον πλογαῖς Φρυγίας
εὐκόμποις ἔτηρχον θεούς.

XXVII. STEPH. BIZ. v. Άστυ. λέγεται ἄστυ ναὶ ὁ δῆμος, ὃς Ἐρατοσθένης ἐν Ἡριγόνῃ (sic cod. Voss. pro Ἡριγόνῳ.) εἰς τα δῆμος Θορκοῦ καλὸν ἵκανεν ἔδος. οὐτι δὲ δῆμος Θορκός, δῆλόν εστι. In versu manifeste depravato coddd. Palat. Perus. Voss. si ὅτε δή. Salmasius: εἰς τὸ δὲ (τόδι) τοῦ Θορκοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ, qui pentametrum videtur fingere voluisse. Brunckius L. h. εἰρόκες δὴ Θ. η. Ε. ἀντίν. Legendum:

Ἔστυ δὲ θῆ Θορκοῦ, καλὸν ἵκανεν ἔδος.

De Icario aut Erigone dictum fuerit non patet. Άστυ hic Eratosthenes usurpavit, uti complures poetae πόλις de insulis etiam praelongis et terris; de quo usu praeter classicum Strabonis locum p. 366. videndus Abrēsch ad Aeschyl. I. p. 169. sq., ut alios praeteream.

XXVIII. SCHOL. NICANDRI THERIAC. 400. Ιὔγη δὲ φωνή τις ἐστιν η βοη ἀδιάρθρωτος, ἀπὸ τοῦ συρραινοντος πεποιημένη. ναὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἐριννῃ περὶ κυνὸς λέγων, εἰστεν.

Ιὔγης ὡς παῦρον ἀπέκλινεν.

Credo ἀπέκλινεν, de Erigona dictum. Neque vero canis ululatus apte carmini de Erinnye inseri, neque ab Eratosthene illud Ἐριννης inscribi potuit, utpotè quod numero singulari, ita ut cunctae Erinnyes significentur, à poetis tantum philosophantibus efferatur. Hoc de singularis sensu collectivo pronunciatum existimes. Eiciendum indice librorum Ἐριννης, et emendandum ἐν Ἡριγόνῃ.

XXIX. IDEM SCHOL. 465. αἴγα δὲ σαρκὶ ταγέως δὲ παρὰ τὴν σάρκα σητεδόνας ἐποίησε δυσιάτους· αὐται γαρ εἰσιν αἱ πυθεδόνες. Ομηρος· νιό δὲ ἐστά πύ-σει ἄρουρα· ναὶ Ἐρατοσθένης.

— οὐδὲ πελμάται

πυθεδόνες γάστρην υπέρροφην οὐλούν θλος.

Legerim:

οὐδὲ δέμας πελμάται

πυθεδόνες παρέργην, ἐπεὶ τρέπον ο. ε.,

de corpore ut suspicor Icarii vix ab Erigone agnito, ut
quod crudum dissolutum atque putridum esset.

XXX. Hymn. II, 6. Engonasin. Hunc Eratosthenes Herculem dicit, supra draconem colloquatum, de quo ante diximus, euimque paratum, ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem.

XXXI. Idem II, 7. Lyra. Inter astra constituta est, hac ut Eratosthenes ait de causa: quod initio a Mercurio facta de testudine, Orpheo est tradita, qui Callipes et Oeagri filius eius rei maxime studiosus. Itaque existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum alicuisse: qui querens uxoris Eurydices mortem ad inferos descendisse existimatur, et ibi deorum progeniem suo carmine laudasse, praeter Liberum patrem: hunc enim oblivione ductus praetermisit, ut Oeneus in sacrificio Dianam. Postea igitur Orpheus ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam dividit a Thracia, sed ut Eratosthenes ait in Pangaeo sedens, cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei obiecisse Bacchus, quae corpus eius dispergerent imperfecti. Sed alii dicunt, quod initia Liberi sit speculatus, id ei accidisse; Musas autem collecta membra sepulturae mandasse; et lyram, quo inaxime potuerant beneficio, illius memoriae causa figurant stellis inter sidera constituisse Apollinis et Jovis voluntate: quod Orpheus Apollinem maxime laudaret, Iuppiter autem filio beneficium concessit. Clarissime hinc intelligitur, quae Catasterismis de causa

Orphel ecclesie tradantur, ab Eratosthenis fabula longe abhorruisse.

XXXII. Iom III, 6. Habet autem (Lyra) in ipsis testudinis lateribus singulas stellas; in summis cæcumini-
bus eorum, quae in testudine ut brachia sunt collecta,
singulas; in mediis iisdem, quos humeros Eratosthenes
fingit, singulas.

XXXIII. Iom II, 13. Henochus. Hunc nos Ap-
rigam Latine dicitus, nomine Erichthonium, ut Erato-
sthenes monstrat: quæma Iuppiter cum vidisset pri-
mam inter homines equo quadrigis iunxisse, admiratus
est ingenium hominis ad Solis inventa accessisse, quod
is princeps quadrigis inter deos est unus; sed Erichthonius
et quadrigas, ut ante diximus, et sacrificia Minervæ,
et templum in aere Atheniensium primus instituit.

XXXIV. IDEM II, 14. Ophiuchus. Complures etiam
astrologi hunc Aesculapium fixerint, quem Iuppiter,
Apollinis causa inter astra collocavit. Aesculapius enim
cum esset inter homines, et tantum medicina ceteris
praestaret, ut non satis ei videretur, hominum dolores
levare, nisi etiam mortuos revocaret ad vitam, novis-
simus fertur Hippolytum, qui iniuriate novitiae et in-
sciencia parentis erat imperfectus, sanasse, ita tibi Erato-
sthenes dicit. Cf. Valcken. ad Hippol. p. 348. b. et
Heyn. ad Apollod. p. 279.

XXXV. IDEM II, 15. Ut Eratosthenes autem de
Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui
falsum Iovi fecerunt, que Aesculapium imperfectum com-
plantes disperserunt. Hanc autem sagittam in Hyperborœo
naopte Apollinem defodisse. Cum autem Iuppites igno-
verit filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem perlatam
cum frugibus, quae eo tempore nascebantur. Hanc igi-
tis ob causam inter sidera demonstrant (— at).

XXXVI. IDEM II, 16. Nonnulli etiam dixerunt Mer-
curium, alii autem Anaplemon pulchritudine Veneris in-

ductum in amorem incidisse, et cum ei copia non fieret, animum ut contumelia accepta defecisse; Iovem autem misertum eius, cum Venus in Acheloo Humine corpus abhiceret, misisse Aquilam, quae soccum eius in Amythastiam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet: quem persequens Venus ad cupientem sui pervenit, qui copia facta pro beneficio Aquilam in mundo collocavit. Quae postrema ex Mercurio narrationem auxisse significant: cf. p. 111. Huc igitur referendum:

XXXVII. POLLUT. VII, 90. Μέριηται δὲ καὶ Φαραώνιον (φόνοδήματος) ἐν τῷ Ερυθρῷ Ερεσοφέργῳ. Πέλμα τοι φάστε τὸν εἰσόρροπον Φανάσιον. Falkenburg. modi apologetus. Salmasius ad Tertull. de pallio p. 384. ποτιζόντεσσιν; quod non congruit, cum genitivus φανασίον a voce πέλμα pendeat. Litterula immutata continentur, opinor, lectionem restituet;

Πέλμα ποτὶ φα πτύογενεν εἰσόρροπον θυμαύτῳ.
trrepidam levie Phæcasii advolavit (aqua).
Præter alios qui ad Hesychium indicantur confer Apianum de B. C. ψιθύημα ἢν αὐτοῖς λευκὸν Αττικὸν,
δὲ νοὶ Διονυσίου ἔχοντας ἵστεται Αλεξανδρεῶν, καὶ
καλοῦντα Φανάσιον: quae Alexandrinorum mentio facit,
ut intelligamus, cur hoc ipsum calceamenti genus Era-
tosthenes elegit.

XXXVIII. HYGIN. II, 17. Delphinus. Hic quia
de causa sit inter astrā collocatus, Eratosthenes ita cum
ceteris dicit: Neptinum quo tempore voluerit Amphitri-
ten ducere trioram; et illa cupiens conservare virgil-
nitatem fugarit ad Atlanta; complures eam quæsitura
dimisisse; in his et Delphina quendam nomine, qui per-
vagatus insulas aliquando ad virginem pervenit, eique
persuasit, ut nuberet Neptuno; et ipse nuptias eorum
administravit: pro quo facto inter sidera Delphini effi-
giam collocavit. Et hoc amplius, qui Neptuno simul-
laci faciuit, Delphinum aut in manu, aut sub pède
eius.

eius constituere videmus, quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur.

XXXIX. IDEM II, 19. Deltoton. Hoc sidus velut littera est Graeca in triangulo posita, itaque appellatur; quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatur ideo, ut obscuritas Arietis huius splendore, quo loco esset, significaretur, et Iovis nomine Graece *Aiōs* primam litteram deformaret. Cf. p. 111. et fr. XLVIII.

XL. IDEM II, 20. Aries. Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse, et Phrixo memoriae caussa deditis, ipsum ad sidera pervenisse: quare ut supra diximus obscurius videatur. Supplet Hyginum:

XLI. SCHOL. ARATI PHAENOM. 225. *Toύτον τὸν Κριόν Ερατοσθένης εἶναι φησιν Ἑλλῆς καὶ Φρύξου;* δην θύσας τῷ Φυξίῳ Διὶ Φοῖξος, τὴν δορὰν δέδωκε τῷ Αἰγήῃ διὸ καὶ τοὺς αὐτέρας αὐτοῦ ἀμαυροῦσθαι φησιν ὡς ἐνδαρέντος. Non exstant ista in Catasterismis, apud Hyginum disiectis obvia membris.

XLII. SCHOL. GERMANICI ARAT. PHAEN. 173. Eratosthenes dicit, hunc (Taurum) esse, qui coiit cum Pa-siphae: cuius priores partes apparent, reliquum corpus non appet propter femineum sexum. Horum ne verbum quidem Catasterismis servatur.

XLIII. HYGIN. II, 23. Dicitur etiam alia historia de Asellis, ut ait Eratosthenes. Quo tempore Iuppiter, bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos convocavit, venisse Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos, asellis vectos: qui cum non longe ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse, et ita pro se quisque magnuri clamorem et inauditum gigantibus fecisse, ut omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint, et ita sint superati.

XLIV. IDEM II, 24. De Berenice regina, cuius comam ad caudam Leonis repositam esse Alexandrini poetae fabulabantur: Eratosthenes autem dicit et virginibus

Lesbiis dotem, quam cuique relictam a parente nemo solveret, iussisse reddi, et inter eas constituisse petitionem. Verba corruptissima ne Valckenarii quidem ingenium (ad Callim. Eleg. p. 37.) potuit redintegrare.

XLV. IDEM II, 25. Nonnulli etiam Erigonem Icarii filiam dixerunt (Virginem), de qua supra diximus.

XLVI. IDEM II, 28. Capricorpus. Huius effigies similis est Aegipani — . Hic etiam dicitur, cum Iuppiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus timorem, qui πανιός appellatur, ut sit Eratosthenes: hac etiam de causa eius inferiorem partem piscis esse formationem, quod muricibus [id est, maritimis conchyliis] hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione.

XLVII. IDEM II, 30. Eratosthenes autem ex eo pisce natos homines dicit: de quo post dicemus. Salmarius coniectit: natos hos. Verum cum illa: ex eo piske, ut quae ad praecedentia nihil queant referri, sensum non efficiant, ita fortasse ad litteras accuratius emendaveris: — ex eo pisce natos, quem Notium homines dicunt.

XLVIII. IDEM II, 33. Lepus. — quem nonnulli a Mercurio constitutum dixerunt, eique datum esse praeter cetera genera quadrupedum, ut alios pareret, alios haberet in ventre. Theo ad Arati Phaenom. 338. πατηστερίσθαι δὲ αὐτὸν λέγουσιν υφ' Ἐρμοῦ διὰ τὴν πολυγονίαν μόνω γὰρ τούτῳ ἐδόθη κύειν πλείστα, ὥν τὰ μὲν τίκτει, τὰ δὲ ἔχει ἐν τῇ κοιλᾳ. Similia Catasterism. c. 34. Quae ab Eratosthene in Mercurio prolata fuisse, mentio Mercurii persuadet; a quo etiam Deltotonum constitutum memorabatur.

XLIX. THEO AD ARATI PHAEN. 402. Ἐρατοσθένης δέ φησι, τούτο τὸ Θυτήριον εἶναι, ἐφ' ὃ τὸ πρῶτον οἱ θεοὶ σκυνθασιαν ἐποίησαντο, ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτάνας ἐπράτευσεν ὁ Ζεύς, Κυαλύπτουν πατασκευασάντων, ἔχοντες τοῦ πτυρὸς κάλυμμα, ὅπως μὴ ἔδωσι τῷ τοῦ πτερω-

*νοῦ δύναμιν. ἐπίτυχόντες δὲ τῇ πράξει, θέματα καὶ εἰς οὐρανὸν (Mosq. οὐρανὸν) τὸ αὐτὸν κατασκεύασμα· ὃ καὶ εἰς τὰ συμπόσια φέρονται οἱ κοινωνεῖν βουλόμενοι, ἢ αὐτοὺς (Mosq. αὐτῶν. I. αὐτούς i. q. ἀλλήλους.) αἰρούμενοι (Mosq. add. ὡς ἐπίθυσιν) ἐν τοῖς ἄγωσι, καὶ τοῖς ὅμηνειν δίδοται βουλομένοις, ὡς δικαιοτάτην πίστιν ἔχοντοι, καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται, δεικνύντες εὐγνωμοσύνης μαρτύριον τὸ πῦρ. ὅμοιας δὲ καὶ οἱ μάντεις τούτῳ ποιοῦσι. Extant haec fere in cap. 39. Catasterrismorum, multo tamen breviora, et alia praefixa inscriptione *Nέκταρ*: vid. p. 128.*

L. HYGIN. II, 40. Nonnulli cum Eratosthene dicunt, eum Cratera esse, quo Icarius sit usus, cum hominibus ostenderet vinum.

LI. IDEM II, 42. Reliquum est nobis de quinque stellis, quas complures ut erraticas ita *πλανῆτας* Graeci dixerunt. Quartum una est Jovis nomine Phaëthon —. Secunda stella dicitur Solis, quam alii Saturni dixerunt. Hanc Eratosthenes a Solis filio Phaëthonta appellatam dicit —. Tertia est stella Martis, quam alii Herculis dixerunt, Veneris sequens stellam, hac ut Eratosthenes ait de causa: quod Vulcanus cum uxorem Venerem duxisset, et propter eius observantium Marti eius copia non fieret, ut nihil aliud assequi videretur (?), nisi sua stella Veneris sidus persequi a Venere impetravit. Itaque cum vehementer eum amor incenderet, rem significans, e facto stellam Pyroenta appellavit. Quarta stella est Veneris, Lucifer nomine —. Nonnulli autem hunc Aurora et Cephalii filium esse dixerunt, pulchritudine multos praestantem: ex qua re etiam cum Venere dicitur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit (I. dicat), eum hac de causa Veneris appellari; ex oriente sole et occidente videri: quare, ut ante diximus, iure hunc et Luciferum et Hesperum nominatum. Quinta stella est Mercurii, nomine Stibyon; sed haec est brevis et

clara. haec autem Mercurio data existimatnr, quod primus menses instituerit, et psviderit siderum cursus.

LII. IDEM II, 43. Praeterea ostenditur circulus quidam in sideribus, candido colore, quem Lactenm esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes enim dicit, Mercurio infanti pnero insciā Junonem dedisse lac, sed postquam eum rescierit Maiae filium esse, reieciisse eum a se, et ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere. Alii dixerunt, dormienti Junoni Herculem suppositum, et experfectam id quod supra diximus fecisse. Accuratus et verius (v. ad fr. III.):

LIII. ACHILLES TATIUS p. 146. Ο δὲ γαλαξίας εἰρηται μέν, ὡς ἔστιν ὄρατὸς καὶ μόνος ἐπὶ τῆς σφαιρᾶς αἰσθητός, τῶν ἀλλων ὄντων νοητῶν. περὶ δὲ τούτου ἱρησίν. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Καταμερισμῷ μυθικώτερον, τὸν γαλαξίαν μύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἡρας γάλακτος. τοῦ γὰρ Ἡρακλέους ἔτι βρέφους ὄντος, καὶ τὸν μαστὸν τῆς Ἡρας ἐπισπασμένου σφοδρότερον, ἐκείνην ἀντισπάσαι, καὶ οὕτω περιχυθέντος τοῦ γάλακτος, μύκλον γενέσθαι παγέντος. τὸ δὲ αὐτὸν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐρμοῦ λέγει γεγενῆσθαι Ἐρατοσθένης, ὡς ἄρα ὁ Ἐρμῆς τοῦ μαστοῦ τῆς Ἡρας ἐπισπάσατο. Ultima tangit p. 168. Eratosthene non nominato. Καταμερισμῷ corruptum putavit Fabricius, post quem Καταστερια μῳ legendum censuit Koppiers. p. 130; sed sic quoque diversa in Catasterismis nostris reperiuntur, quibus ne ea quidem conveniunt, quae eodem Eratosthene auctore memoriae prodidit THEO AD AGRATI PHAEN. 469. Ἐρατοσθένης δέ φησι, μυθικῶς αὐτὸν (τὸν γαλαξίαν) διηγουμένος, ὑπὸ τοῦ τῆς Ἡρας γάλακτος γεγενῆσθαι ἐκχυθέντος. ἥκουσε γὰρ παρὰ τοῦ Ἐρμοῦ, ὅτι οὐκ ἴδιός ἔστι.

Astris enarratis, non ab re proferre mihi videor, quae Ioh. Lydus tradiderit de mensibus p. 96. Ἐρατοσθένης γε μὴν τὸν Δία ἐν τῇ Κρήτῃ τεχθῆναι λέ-

*γει, κάκεῖθεν διὰ τὸν Κρόνον φόβον μετενεχθῆναι εἰς
Νάξον, Catasterismis c. 30. et ab Hygino P. A. II, 16.
recte Aglaostheni, illic restituendo, vindicata fuisse.*

LIV. Hoc ipso Eratosthenes poemate, non alio scripto, quod Fellus posuit, (Lexicon enim ab eo allatum astronomicum Graece Dasypodium conscripsit.) de ventis nonnulla exposuisse videtur, teste Achille Tatio p. 158. B. ἐπραγματεύσατο δὲ περὶ ἀνέμων καὶ Ἐρατοσθένης. Conferantur Arati Diosemæ. Ne Callimachio quidem Bentleins idoneo adductus argumento librum περὶ ἀνέμων assignavit, cum præsertim ab physicis ille abhorruerit.

LV. THEO SMYRNAEUS p. 165. Τιμόδεος φησι καὶ παρομίαν εἶναι τὴν, πάντα δι', διὰ τὸ τοῦ κόσμου τὰς πάσας ὄκτω σφαιραῖς περὶ γῆν κυκλεῖσθαι, καθά φησι καὶ Ἐρατοσθένης.

'Οκτὼ δὴ τὰς πάντα σὺν ἀρμονίζοιν ἀρήσει,
οκτὼ δ' ἐν σφαιρεσσιν (i. σφαιραισι) κυλίνδετο κύκλῳ
ἴόντα.

Prius ὄκτω cum ἀρμονίζοιν construendum est; explicationem pete ex fr. XIII. Ignoravit haec falsarius Aristobulus, Callimachio fr. CXLV: supponens:

'Επιφέ δὲ πάντα τέτυκτο ἐν οὐρανῷ ἀστεράεντι,
ἐν κύκλοι φανέντ' ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.

Proverbium illud πάντ' ὄκτώ tetigit Pollux IX, 100.

Depravata subsequuntur duo fragmenta:

LVI. ΕΤΥΜΟΛΟΓ. M. p. 285, 33. Λράξων, ἡ λερό-
μένη Σικελική. σημαίνει δὲ τοὺς καὶ ἀγορὰν τῶν ἀλ-
φίτων ἡ τοὺς ἄλλων τινῶν δραπτομένους καὶ σφράζον-
τας. οὗτος (οὓς vel τούτους infelicit Sylburgius) Ἐρα-
τοσθένης καπηδάλους καλεῖ. παρὰ οὖν τὸ δράπτοσθαι.
His si quemcunque sensum inesse velimus, scribendum
certe fuerit, οὗτος Ἐ. τοὺς καπηδάλους καλεῖ. verum-
tamen cum explicatio vocis δράξιν non accurate mu-
neri congruat institutorum, verius ita litterarum ductus

sequendo castigaverim: οὗτως Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς καταλόγοις καλεῖ. Sed η̄ λεγομένη Σικελική mendum aperte praefert, ibique nonnulla excidissoe videntur; remedium tamen latet. Nec prodest Hesychius, ne ipse quidem corruptela liber: Δράξων ἐν Σικελίᾳ ιερόν, εἰς δὲ οἱ γεωργοὶ εὐχὰς ἐπεμπον· ὅθεν καὶ Δράξοντες ἐκλήθησαν. Sacrum istud Siculum si Δράξων vocabatur, qui id colerent non potuerunt Δράξοντων nomen recipere. Maius quoque dubium excitat varia lectio a Schowio enotata. Is pro lectione Musuri in fine glossematis *A. s. δράξοντες ε. venditat, ex MS. Δράξων, ε.* — *δράξοντες ε. profert; sed nihil aliud significasse videtur,* quam MS. *δράξοντες* pro *δράξοντες* legere. Ita igitur existimandum: δράξων Hesychii glossam esse; post *ιερόν* nomen sacri et si quae alia cum ea quaestione essent coniuncta excidissoe; pro εὐχὰς ἐπεμπον, forma apud Lexicographum satis insolenti, ἀπαρχὰς ἐπεμπον adsciscendum esse; δράξοντες idein quod δράξοντες, id est ἀπαρχόμενοι, exprimere. Eodem referas eiusdem Hesychii δρακιά. φύλλα. Σικελοί. Litterarum ordo δραστιά legendum iubet pro δρακιά, voce nihil. Quae si veri exhibent speciem, initio glosae apud Etymol. M. lacuna est statuenda, post σημαίνει δὲ autem καὶ interponendum. Sed ad utram vocis significationem versus Eratosthenis pertinuerit, satius fuerit in medio relinquere.

LVII. GEORG. CHOEROBOSCUS AD THEODOSIUM ap. Bekk. Anecd. p. 1185. εὐρέθη δὲ καὶ τὸ Ἀρύντος Ἀρύντος περιπτοσυλλόβως κλιθέν:

ἡ δὲ υπὲρ Ἀρύντος ἐπὶ προχοαῖς ποταμίων,
παρ' Ἐρατοσθένει· ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ. Fluminm
Ἀρούνιον Arcadiae memorat Pausan. VIII, 14. unde Ca-
saubonus intulit in Athen. VIII. p. 331. E.; sed Aryas
iste inquisitionem elusit intentissimam, quapropter emen-
dationem versus differo.

Ultimum obtineat locum

LVIII. SCHOL. VENET. IL. τ. 234. ὄτρουντος] —
ὅτι δὲ η λέξις Ἀττική (?)· χαιρεῖ δὲ καὶ Ἐρασοθένης
ταῖς τοιαύταις ἐκφοραῖς, ὡς τό,
— πολλὴ ἀντιμαχοῦτος.

Qui plane inauditum de vocibus $\nu\varsigma$ terminatis pro-
posuit decretum, non Ionum, sed Cyrenaeorum propriam
fuisse formam, demonstrantibus nimirum et Callimacho
et Eratosthene, Blomfield. ad Callim. h. Apoll. 94, prae-
terea coniecit πόλις ἀντιμαχοῦτος scribendum: id vocabu-
lum inanum sit analogiae admovendum, prae festinatione ex-
ponere oblitus. Si vulgata recte se habet, restitue: πολλὴ
δὲ et ἀντιμαχοῦτος, quasi a substantivo in ηστης de-
sinenti profectum; de quo genere idem glossar. S. Th.
641. disseruit. Ceterum formatio Ionica in Atticorum
quoque sacro vetustissimo resedit, quod βαλλητος voca-
batur. Alia si requiras, dabit Abresch. ad Cattier. p. 31.

III. LIBRI DE MATHEMATICIS DISCIPLINIS.

Plato nicum, inscriptionem, si species et Eratosthenis ingenium et alterius fragmenti indolem, satis mirabilem, bis excitavit THEO SMYRNAEUS.

I. p. 2. extr. sq. Ἐρατοσθένης μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλατωνικῷ φησιν, ὅτι Δηλίοις τοῦ θεοῦ χοήσαντος ἐπὶ ἀλλαγῇ λαμποῦ βωμὸν τοῦ ὄντος διπλασίᾳ κατασκευάσαι, πολλὴν ἀρχιτέκτοσιν ἐμπεσεῖν ἀποφιλαν, ζητοῦσιν ὅπως χρὴ στερεού στερεοῦ γενέσθαι διπλάσιον. ἀφικέσθαι τε πενσομένους περὶ τούτου Πλάτωνος τὸν δὲ φάναι αὐτοῖς, ὡς ἄρα οὐ διπλασίον βωμοῦ ὁ θεός δεόμενος τοῦτο Δηλίοις ἐμαντεύσατο, προφέρων δὲ, καὶ ὀνειδίζων τοῖς Ἑλλησιν ἀμελοῦσι μαθημάτων, καὶ γεωμετρίας ὀλιγωρησόσιν. His fere omnibus minima ex parte cum initio Epistole ad Ptolemaeum convenit.

II. p. 127. extr. sq. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν τῷ Πλατωνικῷ φησι, μὴ ταῦτὸν εἶναι διάστημα καὶ λόγον, ἐπεὶ λόγος μέν ἐστι δύο μεγεθῶν ἡ πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις· γίνεται δὲ αὕτη καὶ ἐν διαφόροις, οἷον ὁ λόγος ἐστὶ τὸ αἰσθητὸν πρὸς τὸ νοητόν (haec ex codice recipi debuerant), ἐν τούτῳ δόξα πρὸς ἐπιστήμην διαφέρει καὶ τὸ νοητὸν τοῦ ἐπιστητοῦ, ὃς ἡ δόξα τοῦ αἰσθητοῦ. διάστημα δὲ ἐνδιαφέρουσι μόνον ἡ κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ κατὰ ποιότητα, ἡ κατὰ θέσιν, ἡ ἄλλως ὄπισθεν.

Iam quemvis libri eiusmodi argumentum facile opinor circumspicere, Platonici insigne prae se ferentis: quatenus enim commune inter utrasque sententias intercedat vinculum cum praesertim de quoniam intervallo quave ratione Eratosthenes disseruerit, non ambigue cognoscatur, non nimium illud dilucide queat exponi. Accedit, ut ille, licet nonnulla Platonicorum sibi dogmatum vindicaverit, quam maxime ab persequendis Philosophi placitis procul abfuisse putandus sit. Praepropere igitur Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 126, non reprehendendo, sed potius Platoni commendando illic Eratostenem censuit vacasse, proinde Menagii (v. Philosoph. fr. XV.) conjecturam πρὸς Πλάτωνα repudians; nec felicior propositum libri divinavit Bullialdus ad Theon. p. 193, Epistolam Ptolemaeo inscriptam Platonicum fortasse partem constituisse: id enim ipsius Epistolae natura, certissimis ab initio usque ad finem limitibus circumscripcta, omnino renuit. Immo prius testimoniū minime obscure ad suspicionem perducit, Platonicum, nisi forte a recentioribus erat titulus adscriptus, librorum de mathematicis disciplinis (neque enim quidquam sic indicare prohibuerit), in primis de musica et arithmeticā, prooemium exhibuisse, commendatione illius doctrinae a Platone petita, cuius fundamenta minor eiusdem opusculi pars persequeretur. Cuiusmodi opinionem quae alibi a Theone proferuntur, minus a secundo fragmento abludentia, etiam flagitare videntur. Non mediocriter PAPPI mentione haec confirmantur librorum de medietate, unde Platonicum id ipsum argumenti tractasse suspiceris. Ita enim ille mathematicae collectionis a Fed. Commandino conversae p. 241. Dictionum autem librorum qui ad resolutum locum pertinent ordo talis est. — — Eratosthenis de medietatibus duo. Et p. 247. Loci autem ab Eratosthenē inscripti ad medietates ex praedictis genere sunt a pro-

priestate hypothesagon in illis. Unde λόγον et ἀναλογίας frequentior explicatio perspicitur. Ceterum nihil cum suspicione removeat, injecta semel Platonis sententiae de problemate Deliaco notitia, eiusdem etiam demonstrationem, obiter licet, indicatam fuisse, ab errore non satis sibi cavit Reimerus de duplicat. cūbi p. 44, Eratostheni illam ignoratam contendens. Praeterea Harmonica, Felli commentum, possis aliquatenus concedere; verum Arithmeticam propter Κόσμου propone, quod ab eodem factum videoas, ea non mediocris sed stultitia. Cuius iudicii si documentum quaeris, unum dabo Eratosthenis nomen.

Sed locus qui de intervalllo et ratione certiores facit afferendus est:

III. PORPHYRIUS AD PTOLEMAEI HARMONICA in Wallisii opp. t. III. p. 267. Βεβαιοὶ δὲ καὶ τὸ προκείμενον καὶ Παναιτίος, ἀποδεῖξας ὅτι καὶ αὐτὸς Ἐρατοσθένης κατεχρήσατο πον τῷ διαστήματι ἀντὶ τοῦ λόγου. Ubi de musica disputatur. Theonis loca subsecuantur:

IV. THEO p. 129. Ἐρατοσθένης φησίν, ὅτι ἀναλογίας φύσις καὶ ἀρχὴ λόγος ἐστὶ καὶ πρώτη ἀρχὴ καὶ τῆς γενέσεως αἰτία, καὶ πᾶσι τοῖς μὴ ἀτάκτοις γενομένοις. ἀναλογία μὲν γὰρ πᾶσα ἐκ λόγων, λόγου δὲ ἀρχὴ τὸ ἔσεν.

V. IDEM p. 173. Ἐρατοσθένης δὲ ἀποδείκνυσσεν, ὅτι καὶ τὰ σχήματα τάντα ἐκ τινῶν ἀναλογῶν συνεστηκεν ἀρχομένων τῆς συντάσσεως ἀπὸ ισότητος, καὶ ἀναλυομένων εἰς ισότητα.

VI. IDEM p. 168. ὁ δὲ Ἐρατοσθένης φησίν, ὅτι πᾶς μὲν λόγος οὐ κατὰ διάστημα, οὐ κατὰ τοὺς ὄρους αὐξεῖται, τῇ δὲ ισότητι συμβέβηκε διαστήματος μὴ μετεῖχεν. αὐδηλον δὲ ὅτι κατὰ τοὺς ὄρους μόνους αὐξηθήσεται. λαβόντες δὴ τρία μεγέθη, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀναλογίαν, κινήσομεν τοὺς ὄρους, καὶ δεῖξομεν, ὅτι

πάντα τὰ ἐν τοῖς μαθήμασιν εἰς ἀναλογίας ποσῶν τινῶν σύγκειται, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον ἡ τῆς ἀναλογίας φύσις. τὰς δὲ ἀποδείξεις ὁ μὲν Ἐρατοσθένης φρεὶ παραλείψειν. Hinc efficitur, superiora ita refingenda esse: πᾶς μὲν λόγος ἡ καὶ διάστημα κατὰ τοὺς ὄρους αἰσχεται. Illud Eratosthenis placitum sua quadam via refutatum ivit PROCLUS IN EUCLID. ELEM. p. 13, his praefixis: καὶ μήν καὶ τὸν σύνδεσμον τῶν μαθημάτων οὐ τὴν ἀναλογίαν, ὥσπερ Ἐρατοσθένης οἴεται, θετέον.

Praeterea Fabricius IV. p. 121. laudat Philoponum et Asclepium ad Nicomachi Arithmetica: utrumque vellem accuratius designasset.

Suam et aliorum de musica doctrinam illum exposuisse, dūo edocent fragmenta;

VII. NICOMACHI ENCHIRIDIUM HARMON. I. p. 79. ed. Meursii: καὶ προσεκθησόμεθα τὴν τοῦ Πυθαγορικοῦ λεγομένου κανόνος καταστομὴν ἀκριβῶς κατὰ τὸ βούλημα τοῦδε τοῦ διδασκάλου συντετελεσμένην, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης παρήκουσεν. Eratosthenis sententiam iste omisit.

VIII. PTOLEMAEI HARMON. II, 14. p. 167. Παραγόντες μὲν δὲ κανόνια τρία, στίχων μὲν ἑκαστον ὅκτω, σελιδίων δὲ τὸ μὲν πρώτον πέντε, τὸ δὲ δευτέρον ὅκτω, τὸ δὲ τρίτον δέκα· τοῖς προτεταγμένοις πάντων σελιδίοις παρατιθεμένης τῆς τάξεως τῶν φθόγγων. Τὸ μὲν οὖν πρώτον κανόνιον περιέχει τὰ ἐναρμόνια γένη· ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου σελιδίου, τὸ κατὰ Ἀρχύταν —. ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, τὸ κατὰ Ἀριστόξενον —. ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου, τὸ κατὰ Ἐρατοσθένην, ἐν λόγοις τῷ τῶν τε πρὸς ἄλλα, καὶ ἐπιτριακοστογδόῳ, καὶ ἐπιτριακοστενάτῳ. Lacuna deinde multa abstulit.

p. 170. Κανόνιον ἢ Ἐρατοσθένους ἀρμονικόν.

α	ξ
β	$o\beta$
γ	$o\gamma$
δ	π
ϵ	ζ
ς	$\rho\iota\delta$
ζ	$\rho\iota\zeta$
η	$\rho\kappa$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{2} \times \frac{1}{2} = \frac{1}{8}$$

p. 171. Κανόνιον β'. Ἐργασσθένους χωματικά.

α	ξ
β	$o\beta$
γ	$o\gamma$
δ	π
ϵ	ζ
ς	$\rho\eta$
ζ	$\rho\iota\delta$
η	$\rho\kappa$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{2} \times \frac{1}{2} = \frac{1}{8}$$

p. 172. Κανόνιον γ'. Ἐργασσθένους διατονικά.

α	ξ
β	$\xi\zeta$
γ	$o\epsilon \quad \nu\varsigma$
δ	π
ϵ	ζ
ς	$\rho\beta\alpha \quad \iota\epsilon$
ζ	$\rho\iota\gamma \quad \nu\delta$
η	$\rho\kappa$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{2} \times \frac{1}{2} = \frac{1}{8}$$

Haec Fellus repetit p. 47. Librum de canone Pythagorae ex Nicomacho et Ptolemaeo Galenus excuspsit. Proclus a Fabricio post Fellum simpliciter designatus nihil praebuit. Ceterum librum περὶ μουσικῆς cum

commentariis de antiqua Comoedia unicum opus complexum fuisse statuit Harlesius ad Fabricii B. Gr. IV. p. 124. Neque vero περὶ μονασῆς scripsit Eratosthenes, praecedentia enim cum doctrina de ratione et intervallo congruunt, neque analogia ab aliorum auctorum exemplis desumpta eiusmodi opinionem confirmat. Dicaearchum quidem legimus et Didascalias et Musicam pertractasse, eiusdem operis ambitu eum studia sua confecisse non comperimus.

Superioribus proxime accedit explicatio de genere geometrico excerpta:

IX. SEXTUS EMPIRICUS adv. Mathem. III, 28. ἀλλ' εἰώθασι πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιχειρήσεις ὑπαντῶντες οἱ περὶ τὸν Ἐρατοσθένη λέγειν, ὅτι τὸ σημεῖον οὐτε ἐπιλαμβάνει τινὰ τόπον, οὐτε καταμετρεῖ τὸ διάστημα τῆς γραμμῆς, ὁνδὲ ποιεῖ τὴν γραμμήν. ὅπερ ἔστιν ἀδιανόητον. Immo verissimum etiam novissima philosophia admisit. Simillimam rationem Pythagoricis quibusdam non nominatis idem tribuit Sextus adv. Math. X, 281 sqq.

Tandem arithmeticum inventum, *Κόσμιον*, fragmentorum, quae fundamenta omnis mathematici campi exposuerunt, seriem claudat.

X. NICOMACHUS ARITMΗΙΚΕΤ. p. 17. Wechel. — οἷον ὁ Ὁ πρὸς τὸν καὶ ἐκάτερος γὰρ καθ' ἑαυτὸν δεύτερος ἔστι καὶ σύνθετος· πρὸς δὲ ἄλλήλους μόνη μονάδι ποιῶ μετρῷ κρῶνται· καὶ οὐδὲν μόριον ὅμωνυμεῖ ἐν ἀμφοτέροις, ἀλλὰ τὸ ἐν τούτῳ τρίτον οὐκ ἔστιν ἐν ἐκείνῳ· οὐδὲ τὸ ἐν ἐκείνῳ πέμπτον ἐν τούτῳ εὑρίσκεται. Η̄ δὲ τούτων γένεσις ὑπὸ Ἐρατοσθένους καλεῖται *Κόσμιον*, ἐπειδὴ ἀναπεφυρμένους τοὺς περισσοὺς λαβόντες καὶ ἀδιακρίτους, ἐξ αὐτῶν τῇ τῆς γενέσεως μεθόδῳ ταύτη διαχωρίζομεν, ὡς δὲ ὁράματον ἡ κοσμίου τινός· καὶ ίδια μὲν τοὺς πρώτους καὶ ἀσυνθέτους, ίδια δὲ τοὺς δευτέρους καὶ συνθέτους, χωρὶς δὲ τοὺς μικτοὺς εὑρίσκο-

μεν. Iste Nicomachi locus a Fello repetitus p. 41, cum prolixior sit, neque ipsam Eratosthenis methodum tradat, aptius videtur BoETHIUS eius vices mutare Arithmet. I, 17. Generatio autem ipsorum atque ortus huiusmodi investigatione colligitur, quam scilicet Eratosthenes cribrum nominabat, quod cunctis imparibus in medio collocatis per eam quam tradituri sumus artem, qui primi, quive secundi, quique tertii generis videantur esse, distinguitur. Disponantur enim a ternario numero cuncti in ordinem impares, in quamlibet longissimam porrectionem, 3, 5, 7, 9, 11, 13, 15, 17, 19, 21, 23, 25, 27, 29, 31, 33, 35, 37, 39, 41, 43, 45, 47, 49. His igitur ita dispositis considerandum, primus numerus quem eorum qui sunt in ordine positi primum metiri possit, sed duobus praeteritis illum qui post eos est positus mox metitur. Et si post eundem ipsum quem mensus est alii duo transmissi sunt, illum qui post duos est rursus metitur. Et eodem modo si duos quis reliquerit, post eos qui est, a primo numero metiendus est. Eodemque modo relictis semper duabus, a primo in infinitum pergentes metientur. Neque haec ultima ratio, neque Nicomachi explicatio vocis *Κόσινος* verum attingit: perspicuum contra est, cum primigenii numeri ita eruerentur, ut eorum quadrata progressionem facerent, recensione seriei quasi cribri vices praestante, debuisse verbi causa tertium, quintum, septimum, nonum quemque numerum, posito quadrato, secerni. Cf. Kluegel. mathemat. lexic. T. II. p. 150.

Lacera venustissimi corporis membra quodammodo mentem et severam et perspicacem, qua vir ille admirabilis universas mathesis disciplinas contineret, hodieque significant; incorruptum sollertiae et ingenii monumentum, explicatio celebratissimi Deliorum problematis, clarus testatur et consignat.

IV. DE CUBI DUPLICATIONE.

Sententiam Eratosthenis integrum de eo argumento, superiori de proportione disputationi aptissimo, Eutocius AD ARCHIMEDIS SPHAERAM ET CYLINDRUM p. 21. 22. ed. Basil. 1544. acceptam referimus, unde Fellus repetit p. 33 — 35. Principio propositi illius admonendum videtur, non geometriae, sed mechanicae demonstratione, ipso coarguente, administrati: unde vana Nicomedis reprehensio apud euadem Eutocium p. 22. conciditur: πολλὰ δὲ τοῖς Ἐρατοσθένους (φωνεταῖς) ἐπεγγελών εὐρήμασιν, ὡς ἀμηχάνοις τε ἄμα καὶ γεωμετρικῆς ἔξεσεως (Reimer. p. 140. ἔξεως affert; nisi subest quid vitii, legendum ἔξεσεως.) ἐστερημένοις. Eandem iniit viam Sturmius in Germanica Archimedis versione, ubi inde a p. 102. variorum problematis enodationes proposuit. Deinde etiam caussam huius Epistolae, neque subtiliter, neque ulla ex parte probabiliiter excogitatam, Reimerus qui de cubi duplicatione librum conscripsit p. 132 sq. sibi invenit, quem petat, cui videatur. Idem cum Eratosthenis methodum satis exposuerit, nihil de ea re amplius disseram. Neque vero silentio illius error premendus est p. 18 sqq., qui quae ex Euripidis. dramate de iusso Minois proferruntur, re vera fabulosam problematis originem adumbrare crediderit, quam opinionem etiam Heynus obss. ad Apollodor. p. 222. repetit. At observare vix opus

est, ex Tragici fictione nihil de eius veritate posse iudicari; quod si Euripides a mathematicis abhorrens tale memoravit argumentum, Delii famosum istud oraculum paullo ante accepisse, deinceps ad Platonem sese convertisse putandi sunt.

*Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ Ἐρατοπθένης χαιρειν. Τῷ
ἀρχαιοῖν τινὰ τῶν τραγῳδοποιῶν φασιν *) εἰςάγαγειν
τὸν Μίνω τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφου πυθόμε-
νον δέ, ὅτι πανταχοῦ ἐκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν **).*

Μικρόν γ' ἔλεξεις βασιλικοῦ σηκὸν τάφου.

διπλάσιος ἐστω, τοῦ κύβου δὲ μηδ διπλῆς.

*** διπλασιάων ἑκαστον κώλον ἐν πάχει τάφου, ἐδό-
κει διημαρτηκέναι τῶν γὰρ πλευρῶν διπλασιασθεισῶν,
τὸ μὲν ἐπιπεδον γίνεται τετραπλάσιον, τὸ δὲ στερεὸν
δικταπλάσιον. ἐξητεῖτο δὲ καὶ παρὰ τοῖς γεωμέτραις, τίνα
ἐν τις τρόπον τὸ δοθὲν στερεὸν διαμένον ἐν τῷ αὐτῷ
σχήματι διπλασιάσειν· καὶ ἐκαλεῖτο τὸ τοιούτον πρό-
βλημα, κύβου διπλασιασμός. ὑποθέμενοι γὰρ κύβου,
ἐξήτουν τοῦτον διπλασιάσαι. Πάντων δὲ διαπορούν-
των ἐπὶ πολὺν χρόνον, πρῶτον Ἰπποκράτης ὁ Χίος
ἐπενόησεν, ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ δύο εὐθεῖῶν γραμμῶν, ᾧ

η

*) Admirare Eratosthenis elegantiam, qui regem, quantumvis eruditum, affatus de Euripidis fabula sibi cognitissima, quasi obscura eius fama increbusset, sermonem explicuerit: Polycido enim utebatur, exordium minus impeditum nacturus, ut quo celebritatem quaestionis, scriptorem dum initis mathematicis exclusum statim afferebat, nobilitaret; non enim alioquin Hippocrateum postposuisseisset. Ceterum τοῦ ἀρχαλων τινὰ τῶν τραγῳδοποιῶν ad observata p. 55. non exigendum, sed ab homine Alexandrino de Graecis olim liberis dictum, ut Latinorum Grammatici Ciceronis saeculum designant appellatione antiquorum. Valckenarius posteriore omisit articulum.

**) Restituit Valckenarius Diatriba p. 203. edebatur βασιλικοῦ διπλάσιον. τοῦ δὲ τοῦ κύβου. Non immerito Loënsis in sequentibus offendit; est autem lacuna significanda, demonstrante et asyndeto, et vero tragœdiae indole, que pessima foret, istiusmodi si mathematicorum studia inutili prolixaque enarrata essent memoria. Accedit, ut διπλασιάων Μίνοι, sensu adversante, tribui nequiverit.

η̄ πειζων τῆς ἐλάσσωνός εστι διπλασία, δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, διπλασιασθήσεται ὁ κύβος, ὥστε τὸ ἀπόρρημα αὐτοῦ (ἴ. αὐτῷ) εἰς ἑτερον οὐκ ἐλασσον ἀπόρρημα κατέστρεψεν. μετὰ χρόνου δέ τινα φασιν Ἀηδίους, ἐπιβαλομένης νόσου, κατὰ χρησμὸν διπλασιάσαι τινὰ τῶν βωμῶν ἐπιταχθέντας, ἐμπεσεῖν εἰς τὸ αὐτὸν ἀπόρρημα. διαπεμψαμένους *) δέ, τοὺς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἐν Ἀκαδημίᾳ γνωμέτρας, ἀξιοῦν αὐτοῖς εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. τῶν δὲ φιλοπόνως ἐπιδιδύντων ἔαυτοῖς (ἴ. αὐτοῖς), καὶ ζητούντων, δύο δοθεισῶν δύο μέσας λαβεῖν, Αρχύτας μὲν ὁ Ταφαντίνος λέγεται διὰ τῶν ἡμικυλίνδρων εὑρηκέναι, Εὔδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων καμπύλων γραμμῶν. συμβέβηκε δὲ πᾶσιν αὐτοῖς ἀποδεικτικῶς γεραφέναι· χειρονοργῆσαι δὲ καὶ εἰς χρείαν πεσεῖν μηδὲ δύνασθαι, πλὴν ἐπὶ βραχὺ τι τοῦ Μεναίχμου, καὶ ταῦτα δυσχερῶς. ἐπινενόηται δέ τις ὑφ' ἡμῶν ὅργανη ḥαδία, δὲ η̄ς εὑρήσομεν, δύο τῶν δοθεισῶν, οὐ μόνον δύο μέσας, ἀλλ᾽ ὅσας ἄν τις ἐπιτάξῃ. τούτου δὲ εὑρισκόμενου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν οτερούν παραληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι, η̄ ἐξ ἑτέρου εἰς ἑτερον σχῆματίζειν, καὶ ὅμοιον ποιεῖν, καὶ ἐπαύξειν διατηροῦντας | τὴν ὁμοιότητα, ὥστε καὶ βωμοὺς καὶ ναούς, δυνησόμεθα δὲ καὶ τὰ τῶν ὑγρῶν μέτρα καὶ ἑρῶν, λέγω δὲ οἷον μετρητὴν μεδίμνων, εἰς κύβον καθιστάναι, καὶ διὰ τῆς τούτου πλευρᾶς ἀναμετρεῖν τὰ τούτων δεκτικὰ ἀγγεῖα, πόσον χωρεῖ. χρήσιμον δὲ ἔσται τὸ ἐπινόημα καὶ τοῖς βούλομένοις ἐπαύξειν καταπελτικὰ καὶ λιθοβολία δογανα. δεῖ γαρ ἀνάλογον ἀπαντα αὐξηθῆναι, καὶ τὰ πάχη, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τὰς κατατρήσεις, καὶ τὰς χωνικίδας, καὶ τὰ ἐμβαλ-

*) Vulgato quamcumque ei vocabulo insitam vim indideris, tolerari non poterit; πρὸς αὐτὸν ἀριθμὸν praefigere conabatur, magis etiam solnece, Fellus. Non dubius repono: διοπομπη-
σομένους s. ἀποδιοπ., pestem vel piaculum ayerrunturatutēs.

λόμενα νεῦδος, εἰ μένει παὶ ἡ βουλὴ αὐτῶν λογογον (p. 34. F.) ἐπαυθηθῆναι. ταῦτα δὲ οὐ δυνατὰ γενέσθαι ἀνεν τῆς τῶν μέσων εὑρέσεως. τὴν δὲ ἀπόδειξιν καὶ τὴν κατα-
σκευὴν τοῦ λεχθέντος ὄργάνου ὑπογέγραφά σοι.

Λεδόσθωσαν δύο ἄντες εὐθεῖαι, ἃν δεῖ δύο μέσας
ἀνάλογον εὑρεῖν ἐν συνεχεῖ ἀναλογίᾳ, αἱ αἱ. δθ'. καὶ
πισθω ἐπὶ τίνος εὐθείας τῆς εθ' πρὸς ὁρθὰς η αέ. καὶ ἐπὶ^{τῆς εθ'}. τοία συνεστάτω παραλληλογραμμα ἐφεσῆς, τὰ αζ.
ζι. ιθ'. καὶ ἡγθωσαν διάμετροι ἐν αὐτοῖς αἱ αζ. λή. ιθ'.
ἔνονται δὲ αὐται παραλληλοι, μένοντος δὲ τοῦ μέσου πα-
ραλληλογράμμου τοῦ ζι., συναθήτω (-σθήτω) τὸ μὲν
αζ. ἐπάνω τοῦ μέσου, τὸ δὲ ιθ'. ὑποκάτω, καθάπέρε ἐπὶ^{τοῦ} δευτέρου σχήματος, ἔως οὐ γένηται τὰ αργδ. κατ'
εὐθείαν. καὶ διῆχθω διὰ τῶν ἀ. β. γ. δ. σημείων εὐ-
θεῖα. καὶ συμπιπτέτω τῇ εθ'. ἐνβληθείσῃ κατὰ τὸ ι'.
ἔσται δὲ αἱ η ακ'. πρὸς ιβ'. ἐν μὲν ταῖς αἱ. ζβ'. πα-
ραλλήλοις η εκ'. πρὸς αζ'. ἐν δὲ ταῖς αζ. βή'. παραλ-
λήλοις η ζκ'. πρὸς κή. αἱ ἄρα η ακ'. πρὸς ιβ'. η εκ'.
πρὸς ιζ'. καὶ η ιζ'. πρὸς κή. πάλιν ἐποι ἔστιν, αἱ η
βκ'. πρὸς ιγ'. ἐν μὲν ταῖς βη'. γή'. παραλλήλοις η ζκ'.
πρὸς κή. ἐν δὲ ταῖς βη'. γθ'. παραλλήλοις η ηκ'. πρὸς
ιθ'. αἱ ἄρα η βκ'. πρὸς ιγ'. η ζκ'. πρὸς ιή. καὶ η ηκ'.
πρὸς ιθ'. ἀλλ' αἱ η ζκ'. πρὸς κή. η εκ'. πρὸς ιζ'. καὶ
αἱ ἄρα η εκ'. πρὸς ιζ'. η ζκ'. πρὸς ιή. καὶ η ηκ'. πρὸς
ιθ'. αἱ ἄρα η εκ'. πρὸς ιζ'. η αέ. πρὸς βκ'. αἱ δὲ η
ζκ'. πρὸς κή. η βκ'. πρὸς γή. αἱ δὲ η ηκ'. πρὸς ιθ'.
η γή. πρὸς δθ'. καὶ αἱ ἄρα η αέ. πρὸς βκ'. η βκ'. πρὸς
γή. καὶ η γή. πρὸς δθ'. ημερηται ἄρα τῶν αέ. δθ'.
δύο μέσα, η εε βκ'. καὶ η γή.

Ταῦτα οὖν ἐπὶ τῶν γεωμετρογραμμένων ἐπιφανειῶν
ἀποδέσσεται. Ένα δὲ καὶ ὄργανισθε δυνάμεθα τὰς δύο
μέσας λάβομεν, διαπίγγεται πλινθίον ἐνίλινον η ἐλε-
φάντειον η χαλκοῦν, ἔχον τέρες πινακίσκους ίσους αἱ
λεπτοτάτους· ὅν τὸ μὲν μέσος ἐνήρμοσται, οἱ δὲ δύο

ἐπωστοί εἰσιν ἐν χολέδραις, τοῖς δὲ μεγέθεσι καὶ τοῖς συμμετρίαις ὡς ἔκαστοι θαυμάσιοι πείθουσι (?). τὰ μὲν γάρ τῆς ἀποδείξεως ὁσαύτως συντελεῖται. πρὸς δὲ τὸ ἀκριβέστερον λαμβάνεσθαι τὰς γραμμάς, φιλοτεχνητέον, ἵνα ἐν τῷ συνάγεσθαι τοὺς πινακίσκους παράλληλα διαμένῃ πάντα καὶ ἄσχαστα, καὶ ὅμαλῶς συναπτόμενα ἀλλήλοις. ἐν δὲ τῷ ἀναθήματι τὸ μὲν ὄργανοκόν χαλκοῦν ἔστι, καὶ καθήμεοσται ὑπὸ αὐτὴν τὴν στεφάνην τῆς στήλης πρὸς μεμολυθδοχημένων (- χοημένων?), [p. 35. F.] ὑπὸ αὐτοῦ δὲ ἡ ἀπόδειξις συντομώτερον φραζομένη καὶ τὸ σχῆμα, μετ' αὐτὸ (l. μετὰ τοῦτο) δὲ ἐπίγραμμα. Τοιογεγράφθω οὖν σοι καὶ ταῦτα, ἵνα ἔχοις (ἔχης) καὶ ὡς ἐν τῷ ἀναθήματι *). τῶν δὲ δύο σχημάτων τὸ δεύτερον γέγραπται ἐν τῇ στήλῃ.

Δύο τῶν δοθεισῶν εὐθειῶν, δύο μέσας ἀνάλογον εὑρετῶν συνεχεῖ ἀναλογία. δεδόσθωσαν αἱ αἱ. δδ'. συνάγω δὲ τοὺς ἐν τῷ ὄργανῳ πίνακας, ἕντας ἀνατὸν εὐθεῖαν γέμηται τὰ ἀ. β'. γ'. δ'. σημεῖα. ποιίσθω δὴ ὡς ἔχει (vulgo ἔχῃ) ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ἀκ'. πρὸς κβ'. ἐν μὲν ταῖς αἱ. βδ'. παραλλήλοις ἡ. εκ'. πρὸς κδ'. ἐν δὲ ταῖς αἱ. βγ'. ἡ. ζκ'. πρὸς κγ'. ὡς ἄρα ἡ. εκ'. πρὸς κζ'. ἡ. κζ'. πρὸς κγ'. ὡς δὲ αὗται πρὸς ἀλλήλας, ἡ. τοις αἱ. πρὸς βδ'. καὶ ἡ. βζ'. πρὸς γγ'. ὡσαύτως δὲ δείξομεν, ὅτι καὶ ὡς ἡ. ζβ'. πρὸς γή. ἡ. γή. πρὸς δδ'. ἀνάλογον ἄρα αἱ αἱ. βζ'. γγ'. δδ'. γῆρηται ἄρα, θύετῶν δοθεισῶν, δύο μέσας. ἐπειδὲ αἱ δοθεῖσαι μὴ θεω ἀσι ταῖς αἱ. δδ'. ποιήσαντες αὐταῖς ἀνάλογον τὰς αἱ. δδ'. τούτων ληψόμενα τὰς μέσας, καὶ ἐπανοίσομεν ἐπεινας, καὶ διόμεθα πεποιηκότες τὸ ἐπιταχθέν. διὸ δὲ πλείους μέσας ἐπιταχθῆ εὑρετῶν, τοις πλείους πινα-

* Advertas velim ellipsis elegantiam, optimi cuiusque antioris propositi comprobatae; cuius universus quantum innotuit ambitus alibi proponetur explicitus. Interim compara Aeschylus Prometh. 875. ὅπεις δὲ χάρη, ταῦτα διὰ μηδονοῦ χρόνου οἰκανοῦσιν. φιλοτεχνητέον, φιλοτεχνητέον.

κίσκους καταστησόμενα ἐν τῷ δργάνῳ τῶν ληφθησομένων μέσων. η δὲ ἀπόδειξις η αὐτή.

'Επὶ γραμμα.

El τύβον εἴ ὅλιγον διπλήσιον, ὥγαθέ, τεύχειν φράζει, τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν εὖ μεταμορφώσαι, τόδε τοι πάρα, καν σύγε μάνδρην, η σιράν, η κοίλου φρεσίατος εὐρὺν κύτος, τῆς ἀναμετρήσαιο, μέσας δέ τερμασιν ἄκροις συνδρομάδας δισσῶν ἐντὸς Ἑλῆς κανόνων. 5
Μηδὲ σύ' Ἀρχύτεω δυσμήχανα ἔργα κυλίνδρων, μηδὲ Μεναιχμείους κωνοτομεῖν τριάδας δίζηαι, μηδ' εἰ τι θεούδεος Εὐδόξου παρπύλον ἐν γραμμαῖς εἶδος ἀναγράφεται. 10
Τοῖςδε δε γ' ἐν πινάκεσσι μεσόγραφα μνοία τεύχοις, ἔτειοι καν ἐκ παύρου πυθμένος ἀρχόμενος.
Ἐναιών, Πτολεμαῖς, πατήρ, ὅτι παιδὶ σὺν ἡβῶν πάνθ' ὅσα καὶ Μούσαις καὶ βασιλεῦσι φίλα αὐτὸς ἐδωρήσω· τὸ δὲ ἐς ὑστερον, οὐράνιος Ζεῦ, 15
καὶ σκήπτρων ἐκ σῆς ἀντιάσεις χερός.
Καὶ τὰ μὲν ὡς τελέοιτο, λέγοι δέ τις ἀνθεμα λεύσσων τοῦ Κυρηναίου τούτῳ Ἐραποοθένεος.

Epigramma Brunckius Analectis T. I. p. 478. inseruit, repetit Reimerus cum versione Latina et commentario, quem omisisse satius erat. Complura etiam Jacobs. ad Antholog. Vol. I. P. 2. p. 315 sqq. proposuit.

1. *εἴ ὅλιγον, brevi tempore, Reimerus: quod δι' ὅλιγον dicendum fuerat. Atque versu 12. εἴ πανδρον πυθμένος ἀρχόμενος. extat. Διπλήσιον recte ex cod. Florentino Schäferus ad Gregor. Cœr. p. 527. restituit.*

2. Mirum illud φράζει, cum poetae φράζῃ esset in promptu. At ne τὴν quidem plane otiosum tolerari potest. Jacobsio p. 316. η rescribendum videbatur, vereor ne falsa sententia. Quod enim Reimerus ait, verba τὴν στερεὴν πᾶσαν ἐς ἄλλο φύσιν εὖ μεταμορφώσαις

immutationem designare in solidam figuram alius formæ, eiusdem magnitudinis, prout Archimedes expedierat, nixus ipsis Eratosthenis, τούτου δὲ εὐρισκομένου δυνησόμεθα καθόλου τὸ δοθὲν στερέον παραλληλογράμμοις περιεχόμενον εἰς κύβον καθιστάναι, η ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον σχηματίζειν, καὶ ὅμοιον ποιεῖν, καὶ ἐπανέειν διατηροῦντας τὴν ὁμοιότητα: quis non videt; diligentius inspecta, ipsa verborum copia innuente, unice ad Nostri demonstrationem et explicandam et ad finem perducendam valere? Cubi quidem duplicatione aliud in aliud paremque cubum transformari, quod illa edocere dicuntur, nusquam repperimus narratum. Certe η ἐξ ἑτέρου genuinis καὶ ἐξ ἑτέρου cedere debebant. Non igitur aliud quam cubos ex proportione multiplicatos assenti voluerat Eratosthenes; neque exempla illa ex vita communi arrepta diversae commonefaciunt opinionis. Etiam in Valckenarii, qui Diatriba p. 218. ob vocem στρέψην quattuor exordii versus exscriperat, suspicionem pentameter incidisse videtur, ut cuius notatio depravationem commonstrans praeter consuetudinem investiatur nulla. Quamvis indubia non succurrat medela, adiecto tamen πάσχει conditionem superioris quaestioonis perspicue liquet indicari, ne quis ridiculam Deliorum viam ineat, tubum cubo imponentium.

3. Vulgatum τὸ δὲ recentiores correxerunt.

4. στρόφη pro στρέψην Fellus.

5. τῆς, hac ratione, ἀπόδεξιν adscriptam significare appetet. Sensus huius et sequentis versus Reimerum satis exercuit, qui, mathematica professus, non exputo quomodo talem effundere sustinuerit explicationem: si sumpseris intra duas regulas medias concurrentes in extremis terminis, i. e. punctis, quae quidem puncta ipso exponente, tantummodo coniungantur media sunt, tunc proportionali. Verum enimvero quantum erat perspectasse, συνδρομάς metri quadam necessitate pro-

παραλλήλους adscitum fuisse, facillimum praestans sensum: cum intra duas regulas ($\alpha\mu'$. $\varepsilon\delta'$. R.) invenieris medias proportionales ($\beta\zeta'$. $\eta\gamma'$.), parallelas extremis parallelogrammi finibus ($\alpha\delta'$. $\mu\nu'$.).

8. *Menacymenion* ex Proclo, ut initio epistolae *Menacymou*, pro *Menachmou* — μειονг necessario rescribendum erat. Procli locus hic est in EUCLIDIS ELEMENT. II. p. 31. Basil. ἐπινοεῖσθαι δὲ ταῦτα τὰς τομὰς τὰς μὲν ὑπὸ Μεναίχμου τὰς κωνικάς, ὅ καὶ Ἐρατοσθένης ιστορῶν λέγει· μῆδὸν Μεναίχμιον κωνοτομεῖν τριάδας, τὰς δὲ ὑπὸ Περσέως. Denuo excitat AD PLAT. TIMAEUM p. 149. πῶς μὲν οὖν δύο δοθεισῶν εὐθειῶν δυνατὸν δύο μέσας ἀνάλογον λαβεῖν, ἡμεῖς ἐπὶ τέλος τῆς προηγουμένης, εἰρόντες τὴν Ἀρχήντεον διέξειν, ἀναγράψαντες, ταίνην ἐκλεξάμενοι μᾶλλον, ἢ τὴν Μεναίχμου, διότι τὰς κωνικὰς διείνος χρήσται γραμμαῖς· καὶ τὴν Ἐρατοσθένους αἰσιότεις, διότι κανόνος χρήσται παραθέσει. Socordiam plane incredibilem, qua Fellus, geometra, priorem locum ad opus de conicis sectionibus rettularat, recte notavit Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 124. Aliud hic restat persequendum, qua tandem norma eiusmodi structura administretur: μῆδὸν — ἔργα πυλίνδρων, μῆδὸν Μ. κωνοτομεῖν τριάδας διέζησι, μῆδὸν εἰ τι — καμπύλον εἶδος ἀναγράψεται. Scio grammaticos adamatum summi zetagmī cantatores esse, neque vero ullam vel audacissimam in dicendo licentiam sine ratione inferri videntur mihi allegaturi. Iam cum verbo κωνοτομεῖν, quod reliquis conveniat sententiis, non quoniam erat; difficultatem immunitate κωνοτομῶν auferre expeditissimum fuerit: preinde δίζησι ad universa pertinet.

9. Iam ne haec δίζησι conformatio soloecismum redolere videatur, pius μῆδος adhibita, ipsum fuisse. Ioannus Medicativum, teste Etymol. Mi. p. 621, 37, compaginat ἔργα (nisi ὁρῆσαι), obseruantam est. Olympia

igitur hoc sibi volunt: si in eo eris, ut cubum duplices, haecce explicatio prostabit; unde neque Archytac, opinor, neque ceterorum conatus requirantur.

10. Notanda locutio καμπύλον ἐν γραμμαῖς (sic Brunckius pro ἔγγραμμαῖς) εἰδος, raro, sed tamen genuino ἐν praepositionis usu. Eurip. Med. 206. τὸν ἐν λέξει προδόταν. Athenaeus VI. p. 226. C. πρὸς τοὺς δὲ τῷ βίῳ κακίστους τὴν σύγκρισιν αὐτῶν ποιούμενος. Numenius ibid. VII. p. 282. A. et alibi:

φυκίδας, ἀλφηστήν τε, καὶ ἐν χροιῆσιν ἐνθρόνου
σκορπίου.

Distat lectio vulgata Mercur. fragm. VI. χρύσειον ἐν ὄφευσιν. Hinc Lucianus D. D. VII, 1. τοῦ Ιαπετοῦ πρεσβύτερον ἐστιν, ὃσον ἐν τῇ πανουργίᾳ contra infelicem Hemsterhusii suspicionem defendendus.

11. Olim legebatur τοῖςδε δὲ ἐν. Fellus τοῖςδε οὐ εν. Reimer. τοῖςδε δέ τ' ἐν. Unum γ' exciderat.

12. Reimerus commate post κίν distinxit, quo particula male collocaretur. ἀν cum participio saepius copiungitur, obstrepentibus plerumque criticiis. Veluti Aeschyli Agamenn. 1046. ἐντὸς δέ ἀν οὐσα μορσίμων ἀγρευμάτων, Hermannus turbavit, immenior Suppl. 274. eiusdem poetae: ἔχοντος ἀν ἥδη τὰν ἐμοῦ τειμήσα. In Sophoclis Oed. Col. 965. ταχ' ἀν τι μηνιοναις γένος πάλαι, non fuit recte explicitum. Sensus est: si simplici via ab exilibus initiis ordiare.

13. Vulgatum σὺν αἰώνι σinstulit Valckenarius p. 285: idemque pristinum συνη ᾧ reiecit, συνηδῶν emendans, accedentibus manuscriptis, utrobique editoribus secutus. Fellus pulcherrimum συνηδων effinxerat. At Ptolemaeus non aptissime cum filio viribus, impari collatione, vigore perhiberetur, multoque minus conversio ad levem filio regis nobilitando, de quo levis esset membro injecta, statui posset. Quod si συνηδῶν seiungitur, et Ptolemaeus et filius egregia patrare dicuntur, unde

nihil prohibebit, sententiam insequentem posteriori statim consecrare. Hoc enim dicit Eratosthenes: Felix tibi, Ptolemaee, contigit aevum, ut qui valetudine adhuc integra, quaecumque et Musis et regibus exoptata sint, una cum filio praestes, cui olim tu, Iuppiter, regnum concedas.

17. Quotquot hoc argumentum attigerunt, hocce *ἀνθεμα*, instrumentum praecipue, in templo dedicatum, praeeunte G. I. Vossio de natura artium p. 63. b., interpretabantur. Sine dubio unicum eius notitiae fontem illa Eratosthenis exhibent: *ἐν δὲ τῷ ἀναθηματι τῷ μὲν ὄγανον* et quae sequuntur. At quaerere licet, quatenus, cum antea de donario nondum esset dictum, *τὸ ἀναθημα*, confessim significarit, et, in quo caput rei versatur, illa Ptolemaei commemoratio praeter omnium expectationem fuerit inserta. Quae nonnisi carmine ad ipsum transmisso Ptolemaeum, ita ut regiae genti et inventa, et descriptio, Eratosthenis memoriam servatura essent perennem, veram suam vim ac significatum potuit manifestare. Neque ei explicationi *στήλη* adversatur, ut corrupto in loco posita, ne per se quidem grave praebens argumentum, neque magis descriptio tum demonstrationis, tum epigrammatis, quidquam impedit, ut quae historiam quasi problématis solvendi redintegraret atque ad umbilicum eveheret.

Iam huius Ptolemaeorum *ἀναθημάτων* flos erat mesolabum, descriptum a VITRUVIO IX. 3. et PAPPO mathematicae collectionis ex versione F. Commandini l. III. p. 7. Ita Vitruvius: Transferatur mens ad Archytæ Tarentini et Eratosthenis Cyrenæi cogitata; hi enim multa et grata a mathematicis rebus hominibus inventant. Itaque cum in ceteris inventionibus fuerint grati, in eius rei concertationibus maxime sunt suspecti. Alius enim alia ratione explicare curavit, quod Delo imperaverat responsis Apollo, uti arae eius quantum ha-

beret pedum quadratorum, id duplicaretur, et ita fore, ut hi qui essent in ea insula tunc religione liberarentur. Itaque Archytas hemicylindrorum descriptionibus, Eratosthenes organica mesolabi ratione idem explicaverunt. Pappus autem, qui p. 8. demonstrationem Eratosthenis exhibuit: Cum igitur tales sint problematum differentiae, antiqui geometrae problema ante dictum (lineare) in duabus rectis lineis, quod natura solidum est, geometrica ratione innixi construere non potuerunt, quoniam neque coni sectiones facile est in plano designare. Instrumentis autem ipsum in operationem manualem, et commodam aptamque constructionem mirabiliter traduxerunt, quod videre licet in eorum voluminibus, quae circumferuntur, ut in Eratosthenis mesolabo.

Praeterea afferebatur Eratosthenis commentatoris in Arati Phaenomena, etiam Hipparcho tributus, qui in Petavii Uranologio inde a^tp. 256 extat. Vedit iam Petavius neutri convenire, confirmavitque hisce Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 120. „Petaviani iudicij ratio reddi facile potest. Nam Hipparchus ipse nomine tenus in eo citatur, et praeterea mentio fit Iulii mensis, quod nomen diu demum post mortuum Eratostenem Romae est auditum. Occurrit et vox barbara ἀλεκτροπόδιον, quo Orionem appellant recentiores Graeci.”

APPENDIX.

V. OPERA PHILOSOPHICA.

Si quis illud considerarit, eorum philosophorum, quorum opera ad posteritatem integra non pervenerint, latetras plerunque, et si fuerit occasio vehementer absurdas extare motitas, minime omnium Eratosthenis sortem mirabitur, ut cuine placitorum, viri sci'icet neque unice philosophati, neque sectae conditoris, fragmenta admodum tenuia ad nos redundant. Unde nemo facile systema omnibus suis partibus absolutum hic exhibut iri expectabit; sed potius satis superque quaestioni propositae satisfactum fuerit, dummodo non obscurè mens illius philosophica perspiciat. Mentre enim philosophia imbutam Eratostheni appetuisse, docet tum universa Graphicorum adornatio, tum singulares eaque luculentissimae operis reliquiae, veluti fr. LV. LVI. Indidem etiam consuetudinis cum philosophorum libris institutae nonnulla possunt indicia repeti, fr. XXXI. ubi Stratonis, fr. LV. ubi Democriti prostat mentio. Sed primo loco huc transferenda sunt STRABONIS verba I. p. 15, non minoris momenti, quam quae proxime praecesserunt, initio geographicæ disputationis de Polemone excussa; indicata fuerunt ad fr. LXXXVII.

I. — καίπερ πλείστοις ἐντυχών ὡς εἰρηκεν εἴτε
ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Ἐγένετο γάρ, φησὶν ὁ Ερατοσθέ-
νης, ὡς οὐδέποτε, πατὰ τούτου τὸν καιρὸν ὑφ' ἓνα πε-
ριβολον καὶ μίαν πόλιν οἱ πατέρες Ἀρίστωνα καὶ Ἀριστοίλαον
ἀνθήσαντες φιλόσοφοι. Οὐχ ἵκανον δὲ οἵματα νεύτο,
ἄλλα τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσκείσον. ο. δὲ Ἀρ-
ιστοίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν πατέρων ἔσυντον ἀνθησάντων
παραφαίνεις τίθησιν. Άπειλῆς τε αὐτῷ πολὺς ἐστι πατέρ-
Βίων, ὃν φησι πρώτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίας.
ἄλλο δρως πολλάκις εἰπεῖν ἄγ τινα (ορτατίνεια verbi
hic excidisse videtur) ἐπ' αὐτὸν τοῦτο. Οὕτη ἐπ' ἔργα-
ων ὁ Βίων. Ἐν αὐτοῖς γάρ ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις
ἰκανὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, ὡς τοῦ
Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησι,
τῶν μὲν ἐκείνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται, τοὺς
δὲ ἐκείνῳ διενεγδέντας, καὶ εἰν διαδοχῇ οὐδεμίᾳ σώζε-
ται, τούτους ἀνθῆσαι φησι πατὰ τὸν καιρὸν ἐκείνον.
Ancheri' opinionem haec ad librum Geographicorum
primum transferentis supra commemoravi. Eam non
modo non Strabonis emmis sententia constabilit, verum
etiam falsam coarguunt illa τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως
— τῶν μὲν ἐκείνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται,
τοὺς δὲ — τούτους ἀνθῆσαι φησι. Ponas licet de vi-
ta sua Geographicis, quamquam nisi quis firmissimis
corroborarit argumentis, plane ab ingenio antiquitatis
abhorre videbitur, verumtamen Geographicis Nostrum
commentatum fuisse: sed vitam nisi ob studia geogra-
phica oggerere non potuit; quales autem philosophi
sua notata floruerint, id. vero exposuisse mortalium, so-
net longe statuissimi. Praeterea statim sequentibus
Strabo de philosophandi ratione ab Eratosthenē adhibita
tempore compesuit. Deinde praequam rem ipsam
aggregari, nonnulla ad singula Strabonis animadver-
sanda sunt. Quod enim editur οἱ πατέρες Ἀρίστωνα, πατέ-
ρες τοιούτους περιβολούς, id nihil aliud hic

quidem significare potest, quam philosophos qui tempore Aristonis et Arcesilai floruerint; periphrasin certe, quales sunt apud Diodorum Siculnum, τῆς κατὰ τὸν Ἀριστοῖον ἡγεμονίης, η κατὰ τὸν Εὐμένην νήση, apud Strabonem, η κατὰ Ηέρως — κατὰ Εὔξεινον θάλασσα, huc advocare minime ex re esset factum, cum et Diodorus memorabilem hunc praepositionis usum præ ceteris scriptoribus sibi proprium teneat, et vel eiusmodi exempla nimium ab locutione διατάχτων φιλόσοφος recederent. Multo minus versio Latina verum exprimit: Aristo, Arcesilaus, et qui cum his alii floruerent philosophi; quod etiam repugnat menti Eratosthenis. Iam vero quaenam medicina adhiberi debeat, in sequentia Ἀρκεσιλαος καὶ Ἀριστοῦ τῶν καθ' ἐντὸν ἀνθησάντων πορνοφαίους, et τούτους ἀνθῆσαι φησι κατὰ τὸν καιρὸν ἔκεινον, perspicue subministrant. Revocandae igitur quae voces ob similitudinem litterarum exciderunt: οι καθ' ἐντὸν περὶ Ἀριστοῦ καὶ Α., sed periphrasis illa Strabonis est inventum. Deinceps nisi quis ingenium Strabonis philosophia minime subactum haberet compertum, posset qualiscunque verbis οὐχ ἀνανόν δολαι — προστέον dubitatio inhaerere; sed quamvis satis inepta pro genuinis et incorruptis putanda sunt. Ac, ne iniuria Eratosthenes afficiatur, Αἰσχύλος τε αὐτῷ πολὺς ἐστὶ καὶ Βιων non vertenda: multus est in praedicando, sed potius multus est in nominando, crebra apud ipsum mentio incidit. Apposite Aeschylus S. Th. 6. Ἐπειοκλέης ἀν εἰς πολὺς κατὰ πολὺν ύμνοιδε. Callim. fr. CXV. Apelles fere ignotus est, sine dubio Arcesilai idem familiaris, teste Plutarchο de adulat. et amici discr. p. 67. D. et Athenaeo X. p. 420. D. Biennū autem, hominem facethim atque ingeniosum, sed levissimās philosophiae auctorem, non est cur laudatione satis ambigua ab Eratosthene insignitum fuisse credas. Floribus enim dudum Plato philosophiam extor-

nauerat, inque amoenissimam redegerat formam; non igitur primus Borysthenita floribus, sed flosculis orationisque ampullis, quales dictoria apud Diogenem seruant, genus illud litterarum decorasse dictus ab Nostro est censendus. Idque planissime confirmat, quo Strabo erroris redarguitur, DIOGENES LAERT. IV, 52. διὰ δὴ οὖν τὸ παγτὶ εἰδεὶ λόγου κεκράσθαι φασι λέγειν ἐπ’ αὐτοῦ τὸν Ἐρατοσθένην, ὃς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθιὰ ἐνέδυσεν. Insuper istius discipulum Eratostenem non fuisse indicat idem Diogenes IV, 53. παρ’ δὲ καὶ οὐδεὶς μαθητὴς αὐτοῦ ἐπιγράφεται, τοσούτων αὐτῷ σχολασάντων. Quod his submittitur Strabonis iudicium, ἐν αὐταῖς ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις ικανὴν ἀσθενειαν διηφανεῖ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, stolidam sectae tralaticiae tenacitatem manifestat, quae in eiusdem magistri verba omnes omnino iurare iubet. Minus etiam ratiocinatio valet a Zenonis consuetudine deprompta; si enim re vera cum Stoicorum principe, quod ob nimiam aevi discrepantiam iure licet addubitare, commercium ille inierat, diem tamen Zeno, Eratosthenem admodum iuvene, obiit, quapropter parum ad eius ingenium valuerat. Nihil igitur causae aderat, cur Cleiantheum Chrysippumve afferret, ab Aristone et Arcesilaoo prae ceteris sibi probatis eruditius. Strabonis argumento iam Casanbonus adversabatur. Quibus tandem semiotis, quaeritur, quae illa fuerint Aristonis placita, quae Nostri apprime ferrent assensum: unde necessario repetenda est.

Digressio de Aristone Chio.

De quo nonnulli singularibus dissertationibus dum intermortuis disseruerunt; novissime Tennemannus hist. philos. T. IV. p. 207 sqq. Diurna Zenonis valetudine permotus a Stoicis ille ad Academicos transiisse, deinde in Cynosarge novae sectae mox evanidae extitisse princeps a Diogene Laert. VII, 161, 162.

perhibetur. Ille fortasse casus defectioni opportunitatem attulerit; ipsam certe caussam in diversitate ingeniorum versatam existimaverim. Idem enim VII, 18. Αριστονος δὲ τοῦ μαθητοῦ πολλὰ διαλεγομένου οὐκ εὑρεῖς, ἔντα δὲ καὶ προπετῶς καὶ θρασεώς ἀδύτατον, εἰπεν (ΟΖήνων), εἰ μή σε ὁ πατήρ μεθύσων ἐγένυμαι, ὅθεν αὐτὸν καὶ λάλον ἀπεκάλει, βραχυλόγος ὡν *). Argutam sane mentem paucis eius demonstrationibus quārum memoria extat perspicere licet. Neque enim vir fuit ab morum integritate, neque a philosophiae gravitate atque amplitudine primarius; sed iis animi dotibus instructus, quibus ista indigebant tempora; magna enim persuadendi vi pollebat, unde Sirenis cognomen sibi peperit, atque auditores ad eum confluebant, indicante Diogene VII, 182; ac potentium re ita ferente adulator, qualem sese Persaeo, Antigoni regis familiari, exhibuisse tradit Athenaeus; philosophiaeque suae fundamenta eiusmodi finibus circumscrispsit, ut nec vitae, nec meditationi molestiae imponerentur niniae. Namque repudiatis Zenonis et Megaricorum sententiis virtutem unice appetendam, vitium refugiendum esse docuit, his interiecta pro indifferentibus habenda. Ne hic quidem sui dissimilis fuit Diogenes, qui dicto fortasse Aristonis abusus, sapientem periti histrionis similem declarans: personam enim sive Thersitae sive Agamemnonis susceptam decenter repraesentare; illo igitur abusus, haec nobis propinat IV, 160. (coll. VI. extr.) τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν πρός τι μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, μηδὲ οὐτεινοῦν ἐν αὐτοῖς παραλλαγὴν ἀπολείποντα, ἄλλ' ἐπίσης ἐπὶ πάντων ἔχοντα. Πρός τι utique genuinum esse idem istis opinionem suam satis illustrantibus statim confirmat:

* Haud scio an Zenonis ingenium, neque asperitatem, neque insignem omnino iracundiam repudiantis, teste Athenaeo IL p. 55. F., dissidium etiam promoverit.

ἀρετάς τε οὐτε πολλὰς εἰσήγειν, ἀς οἱ Ζήκων, οὐτε
μίαν πολλοῖς ὄνόμασι παλουμένην, οἷς οἱ Μεγαρικοί,
ἄλλα καὶ τὸ πρός τι πιος ἔχειν. Praetor Ciceronem ea-
dem fere Clemens Alex. Strom. II. p. 179. Sed per-
spicue vērum tradit Sextus Empir. adv. Mathēm. VII,
12. καὶ Ἀρίστων δὲ οἱ Χιος οὐ μόνον ἡς φασι παρη-
τεῖτο τὴν τε φυσικὴν καὶ λογικὴν θεωρίαν, διὰ τὸ
ἀνωφελές καὶ πρὸς κακοῦ τοῖς φιλοσοφεῖσιν ὑπάρχειν,
ἄλλα καὶ τοῦ ηθικοῦ τόπους τινὰς συμπεριέγραψε, κα-
θάπερ τόν τε παραποτεκτὸν καὶ τὸν ὑποδεικνύτον·
τούτους γάρ εἰς τίτθας ἀν καὶ παιδαγωγοὺς πίπτειν.
ἀρνεῖσθαι δὲ πρὸς τὸ μακαρίως βιῶντας τὸν οἰκετοῦντα
μὲν πρὸς ἀρετὴν λόγον, ἀπαλλοτριοῦντα δὲ κακίας,
παταρέχοντα δὲ τῶν μεταξὺ τούτων, περὶ ἃ οἱ πολλοὶ¹
πτοηθέντες κακοδαιμονοῦσιν. Άδιάφορα ενīm secus
ac Zeno senserat bonis seiunxit, quod pluribus expli-
eat idem Sextus XI, 64. cuius disputationis initium
excitare liber: μη̄ εἶναι δὲ προηγμένον ἀδιάφορον τὴν
ὑγείαν, καὶ πᾶν τὸ κατ' αὐτὴν παραπλήσιον, ἐφηεν
Ἀρίστων οἱ Χιος. Ίσον γάρ εστι τὸ προηγμένον αὐτὴν
λέγειν ἀδιάφορον τῷ ἀγαθὸν ἀξιοῦν, καὶ σχέδον ὄνό-
ματι μόνον διαφέρον. καθόλου γάρ τὰ μεταξὺ ἀρετῆς
καὶ κακίας ἀδιάφορα μη̄ ἔχειν μηδεμιαν παραλλαγήν.
μηδὲ τινὰ μὲν εἶναι φύσει προηγμένα, τινὰ δὲ ἀπο-
προηγμένα, ἄλλα παρὰ τὰς διαφέρουσ τῶν κακῶν πε-
ριστάσεις. Iota moralis philosophiae capita pere exigua
Aristo prōposuit, dimota et metaphysica et dialectica:
quibus rationib⁹ fuerit adductus, audi. Diogenes: τόν
τε φυσικὸν τόπον καὶ τὸν λογικὸν ἀνήρει, λέγων τὸν
μὲν εἶναι μητέρη τῆς, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς τῆς, μόνον
δὲ τὸν ηθικὸν εἶναι πρὸς τῆς. Εοικέναι δὲ τοὺς δια-
βοτεκτοὺς λόγους τοῖς ἀρσαχίοις, ἢ καίτοι δοκοῦντα τε-
χνικόν τε διμοινειν (τενυφαίγειν perperam Blomfield.
ad Callim. h. Apoll. 56.), ὅχημον δοτιν. Cf. VI, 103.
Supplet ea Stobaeus Strom. LXXX. Αρίστων ἀλέγειν

δοκέναι τὴν διαλεκτικὴν τῷ ἐν ταῖς ὁδοῖς πηλῷ· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὐδὲ ἐκείνον χρήσιμον ὅντα καταβάλλειν τοὺς βαδίζοντας. Tandem de uno quaeritur, quaenam istiusmodi homini virtus sapientiae caput constituerit. Docet Clemens Alex. Strom. II. p. 175. ὅθεν, ὡς ἔλεγεν Ἀρίστων, πρὸς ὅλον τὸ τετράχορδον, ἡδονὴν, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, πολλῆς δει τῆς ἀσκήσσως καὶ μάχης. Quin Dei naturam prōreus addubitatavit, teste Cicерone N. D. I, 14. Iam dijudicari potest, quatenus illa philosophandi ratio et luculenta et philosophica cum quibusdam censenda sit. Ab huins philosophiae ambitu Eratosthenem quam longissime abhorruisse extra temeritatem pronunciaverim; altero licet concessso, viam ab Aristone tritam nec sine acumine aedificataam aliquatenus eum inire potuisse. Sane quam clare perspicittir, paene omnes Cyrenis oriundos, philosophiae si operam darent, ex patriae moribus luxuriantes quodammodo partes ob eamque causam dogmaticis omni ingenii vi adversatas constanter foviisse: cuius documentum praestant Aristippus eiusque secta, Theodorus, Lacydes, Carneades. Sed arguento quodam praeter alterum Athenaeo innixum, quantum auctoritatis Aristonī Noster tribuerit, intelligi licet. Quippe Ariste cum Arcesilao, Scepticorum istius aevi principe, certavit. Illius dicterium servavit Diogenes VII, 162, quod Tenne-mannus ab iuvene philosopho profectum existimaverit. Atqui iuvenia facetias nisi celebratissimi nemo prodit; vitam vero Aristonis obscurissimam fuisse inde apparent, quod ne Laertius quidem quidquam de ea memoravit. Sed istam refellunt opinionem haec eiusdem Laertii IV, 40. ὅθεν οἱ περὶ Ἀρίστωνα τὸν Χτονὸν Στωϊκοὶ ἐπεκάλουν αὐτὸν φθορέα τῶν γεών, καὶ κεναιδολόγον, καὶ θρασὺν ἀποκαλοῦντες. 41. διὰ ταῦτα οὐν ἐδακνόν τε αὐτὸν οἱ προειρημένοι, καὶ ἐπέκωπτον ὡς φίλοχλον καὶ φιλόδοξον. Alio epim, eiusdem loco IV, 33. sive

Sexti

Sexti Empir. Pythr. hypotyp. I, 234. δοθεὶς καὶ ἐλέγεται
ἐπὶ αὐτοῦ ὡς Ἀριστονός· Πρόσθις Ηλίας, ὅπου
Ηύδρων; μέσος Λιόδωρος· hanc in demonstrationem
non utar; Quod si genuinus fuit Aristonis Eratosthenes
discipulus, non debebat, quod quidem Strabo eum fe-
tisse ait, utrumque laudis summo in loco reponere.
At vero cum nihil nisi principes iuvenilis suae etatis
philosophos, qui Scepticismi studia ipsius menti inieci-
videntur, designare voluit, iure ita censuit, Zenone
mortuo, Cleanthe acutainis laude non florentissimum
Chrysippo nondam propalam disputante.

Sed quaecunque ex decretis modo significatis rara
habebat Eratosthenes, totum tamen, ut erat parvum
studio et obsequela vacuuus, Aristoni sese non etiam
pavit. Potest illud ingenium quantum satis est ΑΙΓΑΙ-
ΝΑΙ loco VII. p. 281. C. perspicit, alterum Aristot-
inis, libri Eratosthenici, fragmentum excitantis:

II. Καὶ τοῖς Στωικῶν δέ τινες συνεφήμαντο ταῦ-
της τῆς ἡδονῆς. Ερατοσθένης γοῦν ὁ Κυρηναῖος, μα-
θητὴς γενόμενος Αριστονος τοῦ Χίου, διὸ τὴν τοῦ
ἀπὸ τῆς Στωάς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Αριστονί πα-
ρεργασίαι τὸν διδάσκαλον ὡς ὑστερον σφυγόντα εἰπ-
τρυφήν, λέγειν ἄδει· "Ηδη δέ ποτε καὶ τούτοις πειθώσακε,
τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύκοντας
καὶ καταφανόμενον πορεύεσθαι τῇ ἡδονῇ. Tangit idem XIII.
p. 588. A. Τοσαῦτε εἰπεῖν μετά τινος τροχίλιας ὁ Μαρ-
κιός, μή τι τεινούσαν ύμεις οἱ φιλόσοφοι, εἴη; οἱ καὶ
τοῦτο τὸν Ἡδονικὸν καλουμένον αὐτὸν τὸν τῆς ἡδονῆς,
τοῦτον ὑποεκπιπτόντες, ὡς ποὺ ὁ Ερατοσθένης (οἶλον
Ἐρατοθένης) φησί. Cf. Geographi. fr. XII. Quid quod
Platoniciis eum adnumerat IAMBЛИCHUS, Arcesilai ut vi-
deatur scepticis; singularem animi conditionem etas-
tuentibus; qualiter ex parte etiam recentiores adscivis-
erunt philosophi. Eocum est:

III. AR. STOBAEUS ELOG. PLAT. I, 59; p. 904. Moer. 270, 42. Cant. Άλλοι αἰρεσις τῶν Πλατωνικῶν — τοις εὐρύτεροις τοῖς φυλήσισι αὐτοῖς εἶναι εἰς σόματα, ὥστε την Τραπεζούντας καὶ Ηεράλευκους τοῦ Πλατωνικοῦ καὶ ἄλλου, αὐτὸι εὐρυτέστεροις αὐτοῖς εἶναι σύγχρονη πάλλης εἰδοποίησις σώματα διατερψθεῖν μὲν γὰρ αὐτὴν εἰς μοιράν τοις τούς αἰενάτον, παρθένοις γε μηδὲ εἰς ταῦτα συνθεούσισμα ἄλλοντας ἄλλον τοῦ πεντοῦ τόπουν. Verba, præsertim novissima, corruptelae suspiciohemp admittunt. Eandem similiter sententiam indicat:

IV. PROCLUS AD PLAT. TYPICUM p. 186. τρίτη μέρος ἀγεβόμενα λέγειν ἡμεῖς οὕτα μέσην αὐτοῖς (τὴν φύσιν), ὡς ἔχουσάν τι καὶ ἀσωματον καὶ σωματικόν, ὡς Κοροφοφθεῖν τὸ οὐρανόν.

In illa disputatione, cum similitudinem quae inter corpus et animum intercedit exponeret, hocce fragmentum Eratosthenes videri potest adhibuisse:

V. STOBAEI SERM. CXV. p. 592, 32. Gesn. s. 1559.
et 16. MAXIMUS Opp. t. II. p. 686. Ἐρατοσθένες (οἱ Αἰδηνῆτας addit Max.) τῆς ἡλιατικῆς ἐφη τὸ μὲν εὐρύτερον ἔστι εἶναι, τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ἀκριτοῦ Θέρος καὶ μεταξὺ πεδίου (Max. Θέρος οὐδὲ καὶ μ. τὸ μεταξὺ δ.), χαριστά δὲ τὸ γῆρας. Ex quibus comparationem cum veracripiam anti periclitabantur, quāo vide apud Valckenar. ad Herod. VII, 162.

Et quia nihil impediret, quoniamvis inconveniens scientia ibidein futerit memoriata, hanc quoque tabulungi planet;

VI. PLACITA PHILODORIOTON quae dicuntur Plutarchi p. 854. B. περὶ χρόνων Θροσσοθένες (εὐοὶ χρόνον φησι). τοῦ τοῦ ἡλίου πορείαν: STOBAEUS Ecl. PLAT. I, 59. Heer. p. 19, 40. Cant. tempus definiisse Eratosthenem τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν. Idem Galenus X, 50.

Illa num Aristoteli materialē constitibendo præstiterint necne, eiusmodi fragmentis non iam detersit; potest; Aristo quidem alter commentatoris titulus, ad-

libros statim circumscribendos de bonis et malis relatae,
fuisse videtur.

Moralem in primis philosophiae partem malore ut cre-
dere licet opere conclusit, quo multis exemplis ex historia
de promptis argumenta sua stabiliret, περὶ ὡγαθῶν
καὶ κακῶν inscripto; eius pars περὶ πλούτου καὶ
πενίας aliquoties laudatur. Ista queque a titulofunni
collatoribus discreta fuisse nemo mirabitur. Iam de hoc
similibusque libris Strabonis iudicium supra p. 18. ex-
scriptum est, cuius notae censoriae fides penes ipsum
est. Plenam libri inscriptionem praebent:

VII. ΗΡΟΦΡΑΤΙΟ p. 28. Αρμοσταί, οἱ ὑπὸ Λάκε-
δαιμονίων εἰς τὰς υπηκόους πόλεις ἀρχόντες ἐκπειπό-
μενοι, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς περὶ ἄγαθῶν καὶ κα-
κῶν φησι.

VIII. Et CLEMENS ALEX. STROM. IV. p. 496. C. Εἶτε
quā μόνον Λιοντῖοι καὶ Μακεδόνες καὶ Λάκιοις στρε-
βλοῦμενοι ἐκπειπόντων, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς
περὶ ἄγαθῶν καὶ κακῶν, ἄλλα καὶ Ζῆνων ὁ Ἐλεάτης,
ἀγαγκαζόμενος κατεπειν τι τῶν ἀπορρήτων, ἀντέσχεν
πῆρε τὰς βασανους, οὐδὲν ἔξομολογούμενος· ὃς γέ καὶ
τελεῖται τὴν γλώτταν ἐκτρώγων, προσέπιπτε τῷ τυ-
ράννῳ, οὐ οἱ μὲν Νέαρχον, οἱ δὲ Δημόλον προσαγο-
ρευσθοι. Fere eadem THEODORET. GRAEC. AFFECT. serm.

VIII. p. 604. B. Ζῆνων ὁ Ἐλεάτης, ὃς ἀγαγκαζόμενος
κατεπειν τι τῶν ἀπορρήτων, ἀντέσχε πρὸς τὰς βάσα-
ρους, οὐδὲν ἔξομολογούμενος· ὡς δέ φησιν Ἐρατοσθέ-
νης ἐν τῷ (I. τοῖς) περὶ ἄγαθῶν καὶ κακῶν, δεῖσας οὐ-
τος, μη τῇ τῷ κακῶν υπερβολῇ βιασθεῖς ἔξιπή τι τῶν
συγκατιμένων, καὶ τοὺς στασιώτας μηρύσσῃ, τὴν γλώτ-
ταν τοῖς ἀδύντες τείνων, προσέπιπτε τῷ τυράννῳ.

IX. DIOGENES LÆRT. VI, 88. Ἐρατοσθένης δέ
φησιν, ἐξ Ἰπερμοχίου, περὶ ἡς λέξομεν, γενομένου παι-
δός τούτου (Cratati Cybico), σκορπιοῦ Πιστιλέοντος, ὃν ἔξ
επίβιτον τούτον, ἀγγεῖον αὐτὸν ἐπ' οἰκημα παιδίσκου,

καὶ φάναι τοῦτον αὐτῷ πατρῷον εἶναι τὸν γάμον. Reliqua vehementer corrupta dubium est an Eratostheni tribuenda sint.

X. IDEM IX, 66. de Pyrrhone: εὐσεβῶς δὲ καὶ τῇ ἀδελφῇ συνεβίω μαία οὖσῃ, καθά πηγοιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ πλούτου καὶ πενιας, ὅτι καὶ οὗτος φέρων εἰς τὴν αγορὰν ἐπιπρασκεν ὁρνίθια, εἰ τύχοι, καὶ χοιρίδια· καὶ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας καθάροι (λ. -ραι) ἀδιαφόρως. Recte Menagius hinc in Plutarchi fragmento subiungendo pro ἐν τοῖς πλούτου emendavit ἐν τῷ περὶ πλούτου, secus atque G. I. Vossius de histor. Gr. I, 17. probante Fello fecerat, ἐν τῷ Περίπλῳ coniectans.

XI. PLUTARCH. THEMISTOCLE p. 125. Εἰ δὲ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς περὶ πλούτου (sic ed. Paris. fol.) προσιστόρησε, διὰ γυναικὸς Ἐρετριακῆς τῆν ὁ χιλιάρχος εἰχε τῷ Θεμιστοκλει τὴν πρὸς αὐτὸν (Regem) ἔντευξιν χερεύσθαι καὶ σύντασιν. Heerenius de fontibus et auctorit. Vitt. Plut. p. 37. alibi hunc librum quantum ipse quidem investigasset laudari negabat.

Quem Suidas affert librum περὶ ἀλυπίας, nisi cum lectio vel fides sefellit, is partem maioris illius operis constituit. Sed aliam ab eodem memoratam commentatorem, περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἰρέσεων, sine habeo hesitatione inter Lexicographi mendacia referendam censeo, eā praecipue ratione adductus, quod gravissimum opus ab eruditissimo eodemque perspicacissimo viro per scriptum neque alii veterorum hominum, neque ita qui aliquoties ad Eratostenem provocat auctorem; Diogenes Laertius, silentio plane praeterire debuerunt. Nimirum sane credulus fr. Chronogr. VII. hinc derivavit Menagius. Eoque magis hic maxime Suidae vacillat fides, quod primo loco φιλόσοφα Eratosteni asseruit, deinde quasi diversa haec enumeravit: περὶ τῶν κατὰ φ. αἰρέσεων, περὶ ἀλυπίας, διαλόγους πόλλους. Iste dialogi vix potuerunt diversi esse a μελέταις apud Strabenem;

Melletas enim ab Eratosthenè ciliquam opere inscriptum fuisse, vel tu negaverit: declamationes Fellus ex cogitavit. Dialogorum nonnisi singulare vestigium in fragmento superest, quod ex Arsinos libro desumptum refertur:

XII. ΑΤΘΕΝΑΙΟΣ VII. p. 276. A. Ὁ Πλούταρχος, καὶ τὸ δρμοῖον, ἔφη, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ ἐμῇ Λαγυνοφόρᾳ ἐσρή τις ἦγετο, περὶ ἣς ἴστορει Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ συγγράμματι Ἀρσινόῃ λέγει δὲ οὕτως: Τοῦ Πτολεμαίου πτίζοντος ἐσρῆν καὶ θυσιῶν παντοθάπτων γένη, καὶ μάλιστα περὶ τῶν Διόνυσου, ἥρώτησεν Ἀρσινόη τὸν φέροντα τοὺς θυλλούς, τίνα τὴν ἡμέραν ὄγει, καὶ τις ἔστιν ἐσρή τοῦ δειπόντος, καλεῖται μὲν Λαγυνοφόρων, καὶ τὰ πομισθέντα αὐτοῖς δειπνοῦσιν κατακλιδέντες ἐπὶ στιβάδων, καὶ ἐξ Ιδίας ἐκαστος λαγύνου παρ' αὐτῶν (αὐτῶν) φέροντες πίνουσιν· ὡς δὲ οὗτος ἀπεχώρησεν, ἐμβλέψασα πρὸς ἡμᾶς, συμοίκια γ', ἔφη, τάντα ἁνταροῦ· ἀνάγυη γαρ τὴν οὐροδογ γενέσθαι παρηγοῦς ὅχλον, θοινην ἔωλον καὶ οὐδαμῶς εὐπρεπῆ παρατιθεμένων. Εἰ δέ τοι γένος τῆς ἐσρῆς ἥρεσκεν, οὐκ ἀν ἐκοπίσας δήπου τὰ αὐτὰ ταῦτα παρασκευάζοντα η βασιλείᾳ, καθάπερ ἐν τοῖς Χονσίν· εὐνογοῦνται μὲν γαρ καὶ Ιδίαν, παρέχει δὲ τάντα ὅ καλέσας ἐπὶ τὴν ἐστίασιν. Hinc potest terassisima eademque summa simplicitate insignis scribendi ratio quam Eratosthenes iniit satis censeri. Ex illis ea quae nulla difficultate laborant arripiens Toupius in Schol. Theoretici p. 217. suo iure tanquam prætor de plano edicit (quod enim affert λαγύνου et Λαγυνοφορία bis hoc accentu ipsi redonetur.), primum legendum, τὰ περὶ τῶν Λιόνυσον, deinde τὰ κομισθέντα αὐτοῖς αὐτὸι δεσπούσαι, quae ipsi apportassent (sic), ipsi vescuntur, cui correctioni qua erat arrogantia suam amictit clausulam: nihil verius. Ego vero nihil ineptius vidi. Si enim priori conjecturae te addicis, γένη ταῦτα θυσιῶν, non

angstai *) indicantur, licet haec *Agyrtopeis* Baccho faisse consecrata instar Chōtam, vel idem ille mos demonstrat, ut cibi et vina a Ptolemaeo émitterentur. Unde statim altera adlizet amendatio concidit, quia persuasiōni innititur, homines sua quomodo adūlia domo attulisse, cui omnia repugnant ipsa verba scilicet καὶ κομισθέντα αὐτοῖς δεσπόζει, praeter insequens, φοίρη σύλλογο — παρατελεμένων. Neque enim τὰ κομισθέντα αὐτοῖς sibi volunt, prohibente sermonis genio, quae ipsi apparetant, et interdum αὐτοὶ usque ad ridiculum languet. Nihil de suo Alexandrii depropriaferat, nisi λαγύνεος, ταῦτα αὐτῶν, inquit, φάσοντες. Sed, ut criticus iste vitio creatus praetermittatur, advertenda est elegans dictio, εἰώχουσται μὲν γαρ οὐτε ἴδειν, παρέγει δὲ ταῦτα. Aristoph. Pluto 593.

Πολλοὶ μὲν γαρ τῶν ἀνθρώπων ὅντες πλευράς πονηρούς, αἰδίνεις αὐτὰς ἐντελεῖμενοι.

Sophocl. Electr. 1173.

Ὥρηστος δ' Ὁρεστης· ὥστε μὴ λιαν στένει,

πάσιν γαρ γῆμιν τοῦτον ὄφελεται πάθειν.

Cf. Valcken, ad Herodot. I, 36. Clariorem hoc dicendi genus lucem accipiet collatis Comici locis. Veluti Nubibus 547. αἴτοι est dictum, referendum ad reliquos Aristophani aequales, quos antea pravis ipsorum artificiis designaverat. Ibid. 1079.

μονχὸς γαρ ἦν τύχης ἀλεύει, ταῦθα ἀντερεῖς πρὸς αἴτον, Rani extremitate;

Κλεοφύη δὲ μονχόδοι,
καὶ λόγος ὁ βουλέμενος ταῦταν πατεῖσθαι δὲ προύρας.

*) Notandum, quo sapientis ista sententia refutatur, ἀκορδόν τογή numerum incertum (videos, si tanti sit, ad fragm. XVI. de antiqu. comoed.) significare, admonentibus tum verbis δύσιν παραποτάνω, καὶ μετότο, την τὸν πηγὴν εἶναι τὸν τογήν, tum Theoretico XVII, 112—114, et Nicom. pref. lib. VII, cuius interpretatio fugit Matterum (Ecole d'Alexandrie T. I. p. 82 sqq.); quoniam prior etiam Lenaeorium in ista solennitate subiungit expositata. Sed tamen, p. 724, Nicomachus usurpetur, non adeo praestiterimus.

Equisibus 1567.

οὐ μέτα ποιεῖσθαι οὐκέτι πλανάς, οὐδὲ δύρας αὐτοῦ πανταμεσθορηγῆσαι τοῦθ'. —

recte Bruncio perceptum. Quibus tandem aliquanda sit perspicuum, Sophoclis Antig. 663 sqq. pessime continilio ab editore novissimo presumdatos fuisse. Sophocles interpretem eo imperitiae processisse, ut principia Eutipidis locum, Oenomai fragm. III., ignoraret? Neque in Platonis Gorg. p. 457. B. 468. E. quidquam tentari oportebat; mireris, ne Hemsterhusio quidem Lycianorum Sotin. 2. — καὶ ἐρμογλυφεῖα δύναται γὰρ καὶ τεύτο, φύσεως γε, ὡς οἰσθι, ἔγων δεξιᾶς rationem constituisse. Huius autem generis plura apud recentiores auctores, etiam Scholiastas, reperiuntur; distant, licet similia, collecta Hermanno ad Viger. n. 44. Ceterum πάρετιθεμένων vertendum esse, cum homines apponant, perspicuum est; monendum erat ob Casaubonum.

Tandem philosophicis scriptis etiam Epistles sunt attribuendae, quae eadem cum opere de bonis et malis viam, quippe usu historiae et antiquitatum multiplici adhibito, incessisse videntur: quae enim hodie subsunt laciniae, hoc ipsum litterarum genus attingant.

XIII. ATHENAEUS X. p. 418. A. ubi de Boeotiorum λαληταρίᾳ disserit: Εἰ τοίνοι εἰκός εστι καὶ Ἐριτοὶ νθέντη ἐν ταῖς Ἐπιτολαῖς, Ηέμιτελον, φήσαι, ἐρωτηθέντα, τι αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι Βοιωτοί, εἰτε τι γὰρ ἄλλο η̄ τοιαῦτα ἐλάλουν, οὐαὶ ἀν καὶ τὰ ὄγκετα φωνῆν διαβόντα, πόσον ἔκαυτος χωρεῖ. Facilius dictum repetit EUSTATHIUS ad II. v. p. 954, 34. = 953, 41. Βοιωτούς έδει λέγει, Πέμπτελον ἄνδρα οὐκοι καλύπτεσσον ἐρωτηθέντα, τι αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι Βοιωτοί, εἰτε τι γὰρ ἄλλο η̄ τοιαῦτα ἐλάλουν, — χωρεῖ. Verbis τι γέρο ἄλλο η̄ τοιαῦτα ἐλάλουν non adeo spississime respondere videtur ad questionem, τι αὐτῷ δοκοῦτο εἶναι, quod Casauboni acumen non praeteriret, transiit

Schweighaeuserus. Iacobii autem emendatio animadver. in Athen. additam. p. 225. prolata, εἰρηνέας οἱ Βασιλοί, neque idoneam significationem praestat (quid enim hoc est, δοκούσιν εἰρηνέας?), neque sententiae convenit quomodocunque. Ea utique formula, ex interiore sermonis peritia deprompta, passim usurpatur, cum rei cuiusdam natura aut minus est perspicua, aut in illa tantum agendi via ponenda videtur, quod non sine leni irrisione factum hic reperias. Ad eundem modum, Aristoph. Nub. 1289.

τούτα δὲ ἔσθι ὁ τάχος τι θυρίου;

Αὐτοί. Τί δέ ἄλλα γέγονα μῆνα καὶ ναῦς ὑμέρων πλέον πλέον ταργύρεον οὐδὲ γίγνεται;

Praeterea conferri possunt eiusdem Pax 103. Leisner. ad Bosii Ellipses p. 500. Blomfield. glossar. ad Persa. 214. et addenda. Deinde elegantia imperfecti ἐλάλουν annotanda, quod nobis quidem id quod praesepa significat, a Graecia vero ad tempus praeteritum ex sensu sententiarum eruendum referebatur; possis igitur supplerre, ὅτε αὐτοῖς συνήκη. Perinde occurrit in locutione ἔσθι ἄρα, de qua multi multa, in ἔμελλον, et locis centenis, apud Tragicos, Aristophanem, optimam quemaque auctorem obviis: quae quidem excutere cum per se longum est, tum ab hoc argumento plane abhorret. Hoc tamen cum Eratosthenicis aliquatenus coniunctum indicare liceat, Cataster. c. 12. τινὲς δέ φασι, ἄτ., Ἡρακλέους πρώτος ἔθλος ἡνὶ εἰς τὸ μηνιονευθῆνα, id est, secundum quosdam certamen Herculis in memoriam sive imago genuini certaminis constituebatur, ut c. 20. τὴν τῆς Αιγύπτου θέσιν, perperam ab Heynijo sollicitari. Ad sententiam compara Clement. Alex. Paedag. II, 1. καὶ μοι δοκεῖ ὁ τοιωτός ἔνθρωπος οὐδὲν ἄλλο γνάθος εἶναι· cuius similitem expressit imaginem Eubulus ab Athenaeo paullo ante adduxerat. Thebanos ὀλονταραγγίλους insigniens.

XIV. ΑΤΗΝΑΙΚΟΣ XI. p. 48a. A. Έρατοσθένης δὲ τῇ πρὸς Ἀράδορα τὸν λάκωνα ἐπιστολῆ ὡς κυαθῶδες ἄγγειον τὸ κυμβίον παραδίδωσι, γράφουσι οὕτως· Θαύ-
μαζοντες δὲ οἱ αἵτοι, καὶ πᾶς κίνδον μὴ παπεριμέχος,
ἄλλα πυμβίον μόνον, φαίησθαι προσεκάπητα. Λοιπὸν δῆ
μοι τὸ μὲν τῆς τῶν ἀνθρώπων χρεῖας [ἔνεπεν]⁴⁾, τὸ δὲ
τῆς τῶν θεῶν τιμῆς εἰς τὴν ιερήσιν παρεληφέναι, πυ-
άθῳ μὲν οὖν οὐδὲν ἔχοντο τέτε, οὐδὲ κοτύλην κρα-
τῆρα γὰρ ἴστασαν τοὺς θεοὺς, οὐκ ἀργυροῦν, οὐδὲ λι-
θοπόλλητον, ἄλλὰ τῆς Καλιάδος γῆς. τούτοις δὲ διά-
φοτεληρώσαντες τοῖς θεοῖς ἐκ τῆς φάσι-
λης φύοχόουν ἐφεξῆς, τῷ νεοκράτᾳ βάπτοντες τῷ πυμ-
βίῳ, παθὲν καὶ τύν παρ' ἡμέν^{**}) πανούσιν ἐν τοῖς φι-
δεῖσιοις· εἰ δὲ ποτε πλειον πιεῖν βουληθεῖσι, πέμψαντες
τίθεσσαν τοὺς καλουμένους ποτύλους, κάλλιστα καὶ εὐ-
ποτάτατα ἐκπομάτων. ησαν δὲ καὶ οὗται τῆς αὐτῆς
κεραμείας. MACROBIUS Saturnal. V, 21. de symbia:
Meminit huius poculi Eratosthenes, vir longe dactissi-
mus, in epistola ad Hagetorem Lacedaemonium his ver-
bis: Κρατῆσα γὰρ ἕστησαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργύρεον,
οὐδὲ λιθοπόλλητον, ἄλλὰ τῆς Καλιάδος. τούτοις δὲ et
quae sequuntur ad τῷ κυμβίῳ his subiungit, τῷ νεο-
κράτᾳ omisso... Iure tamen potiora μῆτρα neglexerat,
prouti extremo fragmento τῆς κεραμείας extat, a Schnei-
dero secus ad κεραμεία relatum. Qualis sit ὁ νεοκράτης,
docet Hesychius: Νεόκρατοι. τινὲς κρατῆσσες ἐλέγαντο,
ὅν γέρησις διτετή καθειστήκει· ἐν τα γὰρ τοῖς περι-
δείπνοις καὶ ἐν ταῖς ἔστιάσσοις, ηγουν σπουδαις. Cf.

*) Quod sensum hic intercipit, θεκα, sententiae ut videtur de-
claranda adiectum, periphrasin satis vulgarem, τὰ τῆς τῶν
ἀνθρώπων χρεῖας, τὰ τῆς τῶν θεῶν τιμῆς, obscuravit.

**) Lectio ἵμεν praferenda est: quod enim ait Casaubonus,
quidam ex Lacedaemoniorum instituto Cyrenis celebrata fuisse,
nec potest quoquam confirmari testimonio, et a vero pro-
sus discedit, quia Spartanorum fortitudo, non frugalitas ibi
viguit.

Plato Cynicus ap. Athen. XV. p. 663. C.

Xenophor. attigit Hemsterh. ad Lucian. p. 459. Admonet
hic locus eruditio[nis] Eratosthenicar[um], vel ministratio[nis]
complexae,

XV. Dic. LAMET. VIII, 89. de Eudoxo: φησι δέ τον Ερατοθένην τὸν πρὸς Βάτων, καὶ νυών διλογούς συνθετικαίς. Veterem interpretationem, qui in libris ad Hecatonem dedit, πρὸς Εὐτόνα legisse observavit Menagius, eamque lectiōnēm cōprobavit Fabricius B. Gr. IV. p. 121, argumento tamen non admissō. Palatinus codex πρὸς Κατωνα exhibet. Βάτων quidem et Κατων confusa sunt apud Athen. III. p. 103. B. XV. p. 678. extr. Idem Menagius πρὸς Ηλιόνα: ad Platonem enim ab Eratosthenē liberum compositum fuisse, bis a Theone Smyrnæo (supra p. 168.) taudatuma, ac τῷ Ηλιόνῳ scilicet inscriptum; unde forsitan factum fuisse, ut Plato alter Suida teste vocitatus fuerit. Vana ille priora vanioribus videtur superare voluisse. Sed quæstione de nominis forma genuina in medio relictā, locum sententiae concessum accurato spectatori probatum tri existimo.

OPERA LITTERATA.

VI. DE ANTIQUA COMOEDIA.

Non minimam gloriae partem Eratosthenes suis commentariis de antiqua*) comoedia, τοῖς περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, τοῖς περὶ κωμῳδίας (fr. III. XXIX. XXXVI.) τοῖς περὶ κωμῳδῶν (fr. XXX.), vel simpliciter per liberos altatis (fr. XXVI., XLII., XLIV.), rettulit acceptam, quibus quaecunque ad comicos antiquos sive intelligendos sive diiudicandos valuerunt, a multiplici eruditione et ingenio acerrimo paratissimus complexus est accuratissime. Etenim eius dicta omnia, etiam paucissimis prolata nominibus, tanta eminent iudicandi vi perspicacique acumine, accedente varia eaque sana ratione moderata doctrina, ne minutissimis quidem grammaticae capitibus praetermissis**) (videnda in primis fragm. XXXI., XXXIX.), ut nobis, qui miserrimam Scholiorum Aristophanicorum teneamus compagem, quam maxime idonea suppetat conquerendi causa, quod in tot tantisque difficultatibus non iam uti con-

*) Herunterhusii ad Polluc. X. 60. opinionem, de utraque comoedia vetera et nova, egisse, vel commemorasse sufficit.

**) GALENUS prooem. ad glossas Hippocr. p. 406. "Οὐ γάρ οὐδὲν αἴτιον οὐ παθεῖται τότε τὸν ἔργοντον πάντας διδύνεται μηδέποτε καὶ πρὸς Ἐρασθένους ἐπειδὴ περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας.

cessum fuit tam praecialis adsignantis. Qualis autem praestantiae fuerit prae multis idque doctissimis Alexandrinis, etiam hac in litterarum parte comparatio instituta facile manifestari, sive ad Callimachum exageria, nihil nisi didascalias persecutum, a quo incogniter effatum proditum est a Schol. Nub. 549 (fr. XIII.); sive ad Lycophronem *), hominem indigesta eruditionis mole laborantem, adeo ut vel absurдissima effuderit, ideoque cum de vetere comoedia agitur non nisi refutandus (exempli caussa v. fr. XV. XVIII. XXIV. XXVIII. XXXIII. XXXVI. XLVII.) excitetur. Aliud igitur Hemsterhusius egisse videtur ad Plint. p. 47^o, Eratosthenem hoc in genere Lycophroni panculo inferiorem pronuncians. Profecto fidem in his litteris habeas, qui turpem barbarismum *θάτερος* admiserit.

Commentarii fere duodecim libellos constituerunt, neque enim pluribus ultra ab Eratosthene comicos illustratos fuisse, fidem facit, quod illis opusculis quaecunque rem tangere viderentur exposita reperimus. Librorum vero numerus raro laudatur, ita ut oeconomia operis non nimis perspicua sit. Excitantur enim tertius (fr. XXX.) de Ranarum loco, septimus (fr. XXXIX.) de Pherecrate, octavus (fr. XLI.), nonus (fr. XXVI. XLII.) de Avium versu et Aristophanis ut videtur fragmento, undecimus (fr. XXXVI.) de Cratini vocabulo, duodecimus (fr. XLIV.). Id quidem hinc intelligitur, tum singulos libros diversis temporibus proditis, quod etiam de aliis scriptoribus antiquitatis patet, tum interiore argumenti vinculo connexos non fuisse. Iam commentariis qui in poetarum interpretatione versabantur alii adjuncti erant, subsidia rei scenicae disceptantes: quorum si priorem theatro histrionumque vestitui et similibus, alterum arti et rebus histrionum gestis attribue-

*). Lycophronis commentarios addubitare potuit Matter. T. I. p. 90.

ym, ita ut problemum totius operis utriusque represe-
narent, nihil quod ab argumenti indole abhorreat (cum
praesertim Pollux X; 60. fr. II. ut qui maxime eius: em-
tentiae admoneat.) sumpsisse nobis videmur. Prior igit
tur liber non alius est quam *Ζογετερόπινος*, pro sin-
gulari opusculo iactatus: nam de aedificiis exstruendis
illumin omnino non disseruisse, secus ac Salmasius epu-
stola observationibus ad ius Atticum praefixa; G. I. Ves-
sidae de natura artium Opp. T. III. p. 157. a., Fabricius
bythabuntur, demonstrant et quae afferuntur eius fra-
gmenta, et praeter ingenium Eratosthenis probe specta-
tum etiam gravissimum Vitruvii testimonium, libri primi
cap. 1. extr. haec monentis: Quibus vero natura tan-
tagm tribuit sollertiae, acuminis, memoriae, ut possint
geometriam, astrologiam, musicam ceteraque discipli-
nas penitus habere notas, praetereunt officia architecto-
rum, et efficiuntur mathematici. — Hi autem inven-
niuntur raro, ut aliquando fuerunt — Eratosthenes
Cyrenaeus. — Neque inscriptio ista in fraudem debet
impellere, cum Lexica etiam vulgaria, quae Nostri fugit
opus, id nomen cum artis cuiuslibet, tum maxime sci-
nace generale adumbrationem et notitiam expressisse
doceant. Accedit aliis apud Pollutum X; 1. titulis,
Σκενογραφικός, qui cum nihil eorum quae speraret ibi
sese invenisse narrat, nihil Eratosthenis existimationi,
ut pote anxi minutissimeque syllabus ritteret, detrahet.
Sed ne librum histrionum mireris, considera Athen.
XIV. p. 635. F. *Ιερώνυμος δὲ ἐν τῷ Κέρη Κιθυρωδών,*
ῶντος ἐστὶ περίπτων περὶ Ποιητῶν. Iam fragmenta ad
Architettonicum referenda haec sunt:

I. POLLUX I; 145. *Τὸ δὲ κωλύδιον ἔκπλαστον τοῦ*
τροχὸν διπηγγνύμενον τῷ ἄξονι παραβόντον; — *ἡ* *αἰς*
Περισσόθενης δημοπολεῖς.

II. IDEM X, 1. *Ἐνέτυχόν ποτε βιβλίῳ τῷ τῶν Αρ-*
εοφόρων Ἰππικῶν δηγμοῖσθαι λόρους εὐρών *διὰ ὅρες*

μαρτιούς αφεσι, τόντο Ερατοσθένη γενετικήν εν τῷ Σκευογραφίῳ λέγεται, τριηλάδε μοι δηλασιν τὸ τοῦ Ερατοσθένους βῆμα πλέον διὰ τὸ μαρτιούς τῆς χορούς· οὐδὲ τύρον μητέ λέπι, οὐδὲν εἰχει ὡν ἥλιτισα. Σειρνογραφίαν legerit Galenus praefat ad scriptores mythologicos, quem voci significatione, propter ambitum nimis circumscripsum hic alioī, manime habuit sollicitum; in eo tamen veritate quod librum cura Architectionico emendem ponit. Mirram contra hanc rationem attulit Fabričius B. Gr. IV. p. 127, quod totus Pollucis liber X. de vase agat inde effici, veram scripturam esse vulgatam.

III. Idem X, 60. de ανακογειῷ. Μέρα μέροι Ερατοσθένει εν τοῖς περὶ κωρωδίας, ως ἔχομεν τινα τοῦ διοίματος τοῦδε ἀνοστροφήν, εὑρούσις ἀν τοῦτο μόνον τοῦ σκευούς τοὺς βίβλους χορούς.

IV. EROTIANI GLOSS. HIPPOCR. p. 394. Χεῖτι. Ἐπειδὴς φησι, ψυχαί· οὐκ ὄφελος· χεῖτι γάρ εἰσιν υποδημάτος γυναικείου εἶδος, καθά φροντί Ερατοσθένης οὐα. Καλλιστρατος εν συμμικτώ. Nihil de hac significatione Lexicographi. Foësio ψυχαί corruptum ac glossa Xmas constituendum videbatur: atqui Xīai teste Hesychio υποδημάτος ἀνδραίου εἶδος fuerunt. Num Epicli ψυχαί id expresserint, quod indicasse tradit Piersonius ad Moerin p. 397, docebit, qui glossam apte emendarit?

V. HESYCHIUS: Βασιλίδες. υποδημάτων γυναικείων καὶ αὐλητικῶν, ως Ερατοσθένης, ὅπερ τοῦ βασιλέως κληθεῖτος. Pollux VII, 85. υποδημάτων δὲ εἴδη βασιλίδες. ἐφόδετοι αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Ἀθηναῖς. Illis εἰηθέντες sollicitari non debebat. Βασιλεὺς enim sic de Archonēs fictum adeo insigne erat, ut Antiquicista Bekk. p. 85. operae pretium duxerit, ex Aristagore, ignobili comicō illud enotare. Nomen calceamentū īde ad. scenicas res transilisse videtur, quod Archon Rex, quippe Leontorium petuisse, sine curva habebat.

VII. SCHOL. APOLLONI RH. I. 565. Ἡλικόνης δὲ λύτται τὸ λαπτόντα τον ἐρεύνητον μέσος τοῦ ἱστοῦ, εἶτα Ἐραθοσθένην, ὑπέρ οὗ ἔστι τὸ παρεχόμενον.

VII. IDEM RH. 567. Ιονέον, οὐτε Ἐραθοσθένης τοῦ Ἀρχεπετονικοῦ μέρη ταῦθι φθοῖς ιστοῖς, Ηλιόνη, Θωράκιον, Ἐλατίνη, Κιργήνιον, Κεφαλα, Ἰασίονι. Λατταὶ εἰσὶ καὶ τοῦ singularis αριθμοῦ Atheneorum XL p. 474 extr. sq. Δοκιληπιάδης δὲ οὐδυλεστανός κακλόσθετο προποιεῖ αὐτὰ τῷ πόνῳ τινος τῶν ἐν τῇ γῇ κατασκευασμάτων (καρχηδίους dicit). τοῦ γάρ ιστοῦ τὸ μὲν κατωτάτο πτυχεόντα καλεῖται, ἢ ἐμπίπτει εἰς τὴν ληνόν· τὸ δὲ οὖν εἰδί μέσον, τράχηλος· τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει καρχηδίου. Εὔσε δὲ τοῦτο κεδαῖς ἄνω συννευούσας ἐφ' ἐκατέρᾳ τὰ μήρα, καὶ ἐπικείται τὸ λεγόμενον αὐτῷ θωράκιον, τεραγωνού παντη, πλὴν τῆς βάσεως καὶ τῆς κορυφῆς αὐταὶ δὲ προύχουσιν μικρὸν ἐπ' εὐθείας ἔσωτερα. Επὶ δὲ τοῦ θωράκιον εἰς ὑψός αὐγήκουσα καὶ ὀξεῖα χιρομένη ἔστιν ἡ λεγομένη ἥλακάτη. Adde Polluc. I, 91.

VIII. IDEM III, 232. Τὴν δὲ κατασκευὴν τῶν ἀρχεπετονικῶν Ἐραθοσθένης ἐν τῷ Ἀρχεπετονικῷ καταγράψει. SCHOL. PARIS. ταῦτον μὲν τὸ πηκτόν. Τούτου δὲ τὴν κατασκευὴν E. — παραδίδωσι.

In altero de histriōnī me libro hic lōcus extitisse videatur:

IX. RHEYLICHI MORAL. p. 786. B. Πάλον δὲ τὸν εραμώδειν Ἐραθοσθένης καὶ Φλόβηρος ιστορεῖντον ἐβδομήνιοντα εἴη γεγονημένον, οποιαὶ τραχηδίαις ἐν τετταραριγή ἡμέραις διαμετίσασθαι μικρὸν κύπερονθει τῷ τελέστη.

Eratosthenēt ceterū aliud dictum vindicandum videtur apud Schol. Aristoph. Vesp. 577. Ότι τριχικὸς θηροκριθής δὲ Οἰαρός, εἰσηται πρότερον: quod πιέζεται commentariorum ad Aristophanem facilius perēndit.

Videndum de hoc quoque Scholiastae ad Acharn. 438. monito: Πρὸς τοὺς νῦν ὑποχρετάς, οἵτι χωρὶς

stiloū elgavouoi τον Τηλεφον. Ut enim ab aetate et ingenio recentioris Scholiorum collatoris tale quid ablutum est, ita Eratostheni ophino conveniret prae ceteris poetarum interpretationibus. Non tamen ignoror, etiam Scholiis ad Aeschylum (Agamemn. 22.) et Sophoclem (Ais. 325. Oed. R. 855. 963. Col. 1647. Electr. 817.) eiusmodi observata super arte histrionia iaveniri; ad Aristophanem vero non saepius occurunt.

Tandem in propositio intertum primi an tertii libri locum habuit:

X. SCHOL. IN DIONYS. THRACEM p. 725. οὐτε πότερον καὶ Ἐρατοθένης ἔγη, (Villoison. Distrib. p. 172. n. 4. φησιν δὲ σοφὸς Ἐ. Valckenarius animadvit ad Ammon. p. 57. sq. ubi Scholiastae locum protulit: φησὶ ποὺ τῶν αὐτοῦ λόγων δὲ σοφὸς Ἐ.) δὲ γραμματικὴ δοτινή εἶται ποιεῖται ἐν γράμμασι, γράμματα καλῶν τὰ σύγχραμματα.

Non mirum profecto est, tantas principis litterati copias non paucos, quibus curta supellex domi suppetaret, allexisse; sed unus tantummodo tam impudenter in eo facinore grassatus esse traditur, ut Eratosthenes dicto faceto βιβλιογραφον hoiminem appellari. ERAT. LOG. M. p. 158, 20. Βιβλιογραφος, Ἀνδρεας δὲ τυρρης ἐπειληθη υπο Ερατοθένους, ὅτι λαθρα πότι τι βιβλια μετεγραψε. Indicem eliciatur Eratosthenes medicus; Fabricio Bibl. Gr. XIII. p. 153. ex eo quod illius libros Andreas exscriperat medicus, ipsum Eratosthenem medicum fuisse constituit. Fero eadem ANECD. BEKK. p. 226. His enim commentariis eum obusum patet Scholiis Aristoph. Av. 267. Χαρακοισθ μιμούμενος} — Ἀνδρεας δέ φασι, τῶν λιτερικῶν οὐ τοὺς ιδόντας, δῆλα τοὺς φαύστας ἀπολλέττεσθαι τοῦ πάθους.

AD

AD ARISTOPHANEM.

Equitibus.

XI. Schol. Eq. 509. μολγόν] Ἐρατοσθένης μολ-
γόν καὶ ἀμολγόν τὸν αἰτόν (ι. τὸ αἴτο). ἀμολγόν δὲ
παρὰ τούτοις (ι. παρ' Αττικοῖς; ut apud Plutarch. p.
216.) φησὶ λέγεσθαι τοὺς ἀμέλγοντας τὰ ζωτικά (Cf.
Hesych. vv. μολγός. ἀμολγοῖ) Ἡσίοδος δέ (supplemen-
tum ποιμενικόν) μάζα τὸ ἀμολγαῖη. ΕΤΥΜΟΣ M. p.
573, 23. Μάζα. — Ἡσίοδος, μάζα τὸ ἀμολγαῖη. —
ἀμολγαῖην δέ, τοντεστι χριστοῦ, ἄκραιστον. τὸ γαρ
ἀμολγόν ἐπὶ τοῦ ἄκραιον τιθεται. Ἐρατοσθένης δὲ
ποιμενικήν. PROCLUS AD HESIODI E. 590. ἀμολγαῖη,
ἄντι τοῦ χριστοῦ, ἄκραιστον. τὸ γαρ ἀμολγόν ἐπὶ τοῦ
ἄκραιον τιθεται. Ἐρατοσθένης ἐν ποιμενικοῖς. (Ex
edit. Heinsii p. 133. b.) Hinc Eratosthenis Pastoralia
sunt a Fello cœnfecta. Verum vidit Valtkenarius ad
Schol. II. γ'. 29. (Optist. II. p. 68.) „Homines littera-
tissimi titulos librorum quos plurimos conscripserat Era-
tosthenes diligenter collegentur. Eorum unum qui
corrupto loco nitebatur Eratostheni in Miscell. Nov. T.
II. p. 119. abiudicavi.“ Ubi locis allatis addit etiam
Athenaeum III. p. 115. A. καὶ Ἡσίοδος δὲ μάζαν τινὰ
ἀμολγαῖην καλεῖ. Μάζα τὸ ἀμολγαῖη, γάλα τὸ νηγῶν
οβεννυμενάνων τὴν ποιμενικήν λέγων η (vulgo καὶ)
ἄκραιστον ἀμολγός γαρ τὸ ἄκραιστατον. Eandem suam
emendationem, μὲν ποιμενικήν, memorat ad Schol.
Eurip. Phoen. 45; nestio an δὲ voluerit, quod recepit
Gaisfordius. Ceterum Eratosthenis explicatio in Ari-
stophanis loco versans unice vera est. Obnictitur sane
Kusterus, cum eoque Brunckius, non tamen recte.
Nam quod ille monet, populum ipsum non posse vo-
cari μολγόν, neque meminerat, vere id fieri, si popu-
lus, quae cum maxime gravioribus ac necessariis im-
pendi deberent officiis, suis voluptatibus tribueret; ne-

que hic, Aristophane mores prae ceteris demagogorum notante, severe adeo indagari posse, an etiam Demista convenient. Brunckius autem tum in eo errat, quod Kusteri explicationem sequentibus requiri ceriset, tum in exponenda voce *μιρόπενος*: neque enim *ψωλός* metaphorica significatio caret, docente Acharnensis loco 599, et *μύρόπος* adiectivum obsceno intelligi sensu analogia prohibet; praeterea nequitiarum explicatio, ex eodem ut par est genere desumpta, qua iocorum opifex adversarium studet delicere, evanesceret. Sed, in quo summa versatur, Cleoni impudicitia male exprobraretur, cuius et per Equites et per ceteras Aristophanis fabulas nulla omnino mentio reperitur. Errat igitur Brunckius cum alibi, tum ad Eq. 78. Mirum in hanc rem versu 77. interpretatum non esse διαβοθηκότος, in quo explicando Kusterus manifesto lahebatur: quasi explicationi color poterat conciliari Vesp. 708, ubi διαβάς inter alia invenis impudicii refertur indicia; sed Equitibus σαυλοπρωτῶν notatur. Proinde hoc sibi vult Agoracritus: Sin huic te tradis, ad extremam redigaris inopiam necesse erit. Ita iam Photius interpretabatur; cf. etiam Hesychii interpretes v. *μυρόπινών*. Qmniū optime Suidas ex Eratosthenis ratione v. *ψωλός*. Ψωλός γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυρόφεινου, αὐτὲς τοῦ μέχρι τῆς κεφαλῆς ἐπειδὴ οἱ ἄρχοντες μυρόπινη δοτεφανοῦντο. Μολὺὸν γενέσθαι δεῖ σε, τουτέσσει πλέοντην τῶν δημοσίων, ἔξαριστον τὰ κονά. Cf. idem v. *μολύς*. Quod tandem Hemsterhusius Pollucem X, 187: Symmachi nixas auctoritate huc retinuit, nemo non intelligit: αἰτλησίας notam ab hoc loco abhorre. Ita igitur Pollux: μολύν, ὃς ἔστι κατὰ τὴν τῶν Ταραντίνων γλώτταν βόσιος αἴσκος. — καὶ Ἀρεστοφάνης δὲ χρησμὸν τινα παιᾶς μή μοι Ἀθηναῖος εἰναι· μολὺὸν [γύρ] τεοται. Hemsterhus. alveit' et ex prava coniectura recepit, quam etiam superasse.

videtur Brunckius incert. LXXIX. αἴνοιτ' ἄν tacite edendo *).

Nubibus.

XII. SCHOL. NUB. 447. Κύρβις οὐν ή περιέχουσα τὰς ιερὰς γραφὰς στήλην η ὡς Ἐρατοσθένης φησὶν ἄξων Ἀθῆνησιν οὗτον καλούμενος, ἐν ᾧ οἱ νόμοι περιέχονται. Apparet haec pronunciari, ut ἄξων accusatus definiat, quid per illam στήλην cogitetur, id est, radium existimari, cui leges affixaes fuerint. Cf. Hesychius: Κύρβις, στήλη τρίγωνος, η εὐλίνος ἄξων, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ νόμοι ἔγραφοντο. Nihilominus male intellexit SCHOL. APOLLONII RH. IV, 280. Κύρβις λέγουσιν, ὡς Ἐρατοσθένης φησι, καὶ τοὺς ἄξονας καλούμενους Ἀθῆνησιν, ἐν οἷς οἱ νόμοι περιέχονται **). Necdū adeo cautior Salmasius de modo usurarum p. 767. proloquebatur, neminem unquam ἄξονα interpretatum esse στήλην, cum στήλῃ potius columna sit vel pila lapidea. Deinde angulos ex Eratosthenis sententia meminat ETYMOLOG. M. p. 547, 51. Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι, οὐ τετραγώνους. φησὶν (ι. φησὶ δ') Αριστοφάνης ὅμοιας εἶναι τοῖς Ἀκοῖς· πλὴν ὅτι οἱ μὲν Ἀκονες νόμους, οἱ δὲ Κύρβις θυσίας ἔχοντιν. Eundem reliqui sequuntur. Timaeus Lex. p. 170. Κύρβις, στήλη τρίγωνος πυραμοειδῆς, νόμους ἔχουσα παρ τεῶν. Hesychius modo memorabatur. Anecd. Bekk. p. 274, 24. Κύρβις, κατασκευάσματα εὐλίνα,

*) Quin addendis p. 169. miratur, sic in Polluce scriptum oportuisse, interpretem illud effugisse.

**) Pro hac voce mire errore. Schol. Parisiensia præbent γεράπετας; neque enim cum Schaefero statui potest, ipsum Eratosthenem hac forma usum fuisse: existat sane ἕτεράπετο etiam apud pedestres eosque locupletes scriptores, qui quidem simili perfecti terminazione carent. Nam quae interpres Gregorii Cor. p. 484. sqq. collegunt, recentiorum sunt; Thucydides autem, qui τετάρτας præbet sibi fere terminis est. Ut tamen Scholiastæ illud tribuamus, facit Schol. Pind. Pyth. IV, 407. vulgatum τετάρτας.

ἐν οἷς ἐγγεγραμμένοις τὸ παλαιὸν ἡσαν οἱ νόμοι. εἰσὶ δὲ τρίγωνοι τὸ σχῆμα. διαφέρουσι δὲ τῶν ἀξόνων, ὅτι ἔκεινοι μὲν τετράγωνοι εἰσιν, οὗτοι δὲ τρίγωνοι, πυρα-
μίδη ὄμοιοι. Similiter Ammonius p. 18, Zonaras T.
II. c. 1268. alii. Exposuit δὲ figura etiam Polemo ap.
Harpocrat. p. 19. v. "Ἄξονες. — ἡσαν δέ, ὡς φησι Πο-
λέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, τετράγωνοι τὸ
σχῆμα, διατίθονται δὲ ἐν τῷ Πενταγείῳ, γεγραμμένοι
καθ' ἄπαγτα τὰ μέρη. ποιοῦσι δὲ ἐνίστις φαντασίαν
τρίγωνον, ὅταν ἐπὶ τὸ στενὸν κλιθῶσι τῆς γωνίας.
Proinde erroris Nostrum non redarguit. Aliud enī
agebat Henr. Valesius ad Harpocr. p. 230. Eratosthenem
a Polemone reprehensum narrans, quod κύρβεις τριγώ-
νους, ἄξονες τετραγώνους esse exponeret. Sed multo
maiorem a Salmatio commissum videas errorem p.
100, qui vulgarem de formis utrarumque legum sen-
tentiam eversurus, ipso Harpocrationis loco, formant
quidem non eam quae discrimen constituērit normam
fuisse, tradiderit, ut quo teste et ἄξονες et κύρβεις qua-
dranguli sint effecti.

XIII. SCHOL. NUB. 549. Δῆλον δέ, ὅτι πρότερος ὁ
Μαρκᾶς ἐθιδάχθη τῷν δευτέρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθέ-
νης δέ φησι, Καλλίμαχον ἔγκαλειν ταῖς διδασκαλίαις,
ὅτι φέρουσιν ὑστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρκᾶν τῶν
Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον κα-
θεῖται. λανθάνει δὲ αὐτόν, φησίν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς δι-
δαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὑστερον
διασκευασθείσαις εἰ λέγεται οὐδὲν ἄποτον: αἱ διδασκα-
λίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. πῶς δὲ οὐ
συνεῖδεν, ὅτι καὶ ἐν τῷ Μαρκῷ προτετολεῖται Κλέων,
ἐν δὲ ταῖς Νεφέλαις λέγεται· εἴτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν
θυρροδέψην --; Verissime dicta. Ceterum non de-
bentur nōvissima ob particulam μέν neglectam cor-
rumpi, qualis omissio apud Scholiastam fortasse eu-
specta foret, ab Eratosthene autem admissa in offendie-

nem non debet incidere. Mireris etiam Valckenarium, et re, et sua ipsius confessione minutissimorum ligamentorum ac fibrarum in hoc lingue formosissimo corpore attentum spectatorem, in Eurip. Hippol. 697. languidum istud μὲν requisivisse. Exemplis nihil indigemus, cum praesertim καὶ sequentibus ἐν τῷ Μαρικῷ praefixum vulgatissimae vocis, fortiore tamen vi, locum cibinuerit.

XIV. SCHOL. NUB. 966. Οὗτος Ἐρατοσθένης. Φούνιχος αὐτοῦ τούτου τοῦ ἀσμάτος μέμνηται, ὡς Λαμπροκλέους ὅπτας, ταῦ Μίδωνος νιοῦ η μαθητοῦ. δῆλος δὲ οὕτως.

Παλλάδα περιστολινή, δεινὰς θεόν, δυρεκύδοιμον,
* ποτικήν, παλεμαδόκον, ** ἄγναν,
παῖδα Διὸς μεγάλου δαμάσπικον.

Καὶ πατὴ Λαμπροκλέα (l. τὰ κ. λ.) υποτίθησι πατὴ λέξιν: τὸ δὲ τηλέκορον βόαμα Κυδίδεν τοῦ Ἐρατοσθένεως πιθαραθοῦ. Nihil opia attulit Aristidis Scholiasta, Lamprocli an Stesichoro Carmen attribui debuerit, incertus, unde quae huius editores (v. Suchfort p. XL.) exculpserunt, Παῖδα Διὸς μεγάλου δαμόπιλον, ἄγνον, Άθηνῆν, a neutro potuerunt pronunciari. Sed si quid conjecturae tribuendum, Stesichoro poema asseruerim, cui apud Athen. IV. p. 155. F. fragmentum, αὐτὸν σε πυλαμάχε πρῶτον, adscribitur, illuc opinor referendum, αὐτὰν immutato. Marti quidem, cuius esse illa volebat Lobeck. ad Phryniash. p. 648, non adeo πρῶτον conveniet, mente huius sententiae utut informata. Ex ista igitur sententia lacuna Eratosthenicis inhaerens statuetur.

Vespia.

XV. SCHOL. VESP. 259. Τοῦ κοροκέρου] Πρὸς τὸν Αυρόφρονα, κόρομορφαν λέγοντα ἵθιδιάν τι. ἥπατηται δὲ, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης. ζετι γὰρ λάχανον τι ἄγριον καὶ εὐτελὲς ἐν Πελοποννήσῳ. ὡς καὶ η παροιμία· καὶ

κόρηορος ἐν λαχάνοισι. V. Hephaest. p. 46. Hesychius: κύρκορος, εἶδος ἵκθνος, η λάχανον ἄγριον.

